tissimus erat. Non tamen desunt exempla sanguinis vere phlogistici in hoc morbo non modo sub initio, verum etiam progressu, imo ad diem usque duodecimum et ultra deprehensi, quamquam eo adulto et longius producto qui prius tenax et firmiter cohaerens visus erat, facile diffluere et liquari consuescat.... Contra interdum sanguis qui primo emittitur, rutilus non modo, sed etiam solutus apparet. Secundo vero aut tertio detractus saepe firmiorem, phlogisticamque diathesin exhibere deprehensus est." (Burserius l. c. §. CCCXXI. testimonio Ramazzini, Hasenöhrl, Haenii aliorumque innixus).

56) No. 5.

57) No. 7.

58) Et Hildenbrand (l. c. p. 77.): „*Der Zeitraum der Krise hat nur eine kurze Dauer von wenigen Stunden.*"

59) Quamvis cum Hildenbrandio aiente (l. c. p. 77.): „*In weit seltenern Fällen geschieht die Krise in die Gesundheit am siebenzehnten Tage,*" non assen-

morbos [60]) desinit [61]). *Crisis* utplurimum *sudore* universali, aequali, vaporoso, roroso, odoris specifici [62]), sub *somno* et cum remissione omnium symptomatum (praecipue illorum, quae ad functiones vitales spectant), locum obtinet. Ocyus serius

tiam; nihilominus cum illo dicente (l. c.): „*dann ist sie aber niemals so jähe entscheidend*“ . . . omninò consentio.

60) §. VI. No. 6.

61) Duratio typhi statuta fuit dierum 7. 14. 20. a JORDANO (l. c. cap. 19. p. 226.) et PETRO A CASTRO (l. c. sect. 8. §. 15.); dierum 14. 17. 21. a CARDANO, FRACASTORO et ODDI DEGLI ODDI (ll. cc.); dierum 16. 17. 21. a TREVISO (l. c. cap. 9. p. 48. cap. 10. p. 51. 54. 56.), ROBORETO (l. c. cap. 1. p. 2.), CAGNATO (l. c. cap. 1. p. 27.), WILLIS (l. c. p. 116.), RAMAZZINI (l. c. §. 21.), RICHA (l. c. §. 23.): dierum ultra 14. a LEPECQ-DE-LA CLOTURE (l. c. p. 246.); dierum 9. 10. 14. 21 et 60. a SARCONIO (l. c. §. 409. 412. 422.); dierum 20. 27. 30. a DALL' ARME (l. c. P. I. p. 11.); dierum 17. 19. 21. a SECCHIANA (l. c. p. 76.); dierum 20. a STRACK (l. c. cap. 2. p. 14.) etc. Referente BATEMANN (l. c. p. 314.) 100 aegroti typho laborantes convalescentiam sequenti ratione attigerunt: videlicet 37 — inter diem 7 et 14.; 36 — inter diem 14 et 21.; et 21 — inter diem 21 et 30.

62) „*Sein Geruch hat etwas Specifisches, was sich mit Worten nicht sagen und mit andern Gerüchen nicht vergleichen lässt.*“ (HILDEBRAND l. c. p. 75.). SMITH (l. c.) de odore specifico aegrotorum typho laborantium in genere loquitur, quem vero odorem, casu sudoris critici excepto, nunquam percipere potui.

serius *urina* largo sedimento puriformi instruitur[63]). Alias alvi *evacuationes spontaneae*, pultaceae, sociis flatibus sonoris, aliisque rebus[64]), meteorismo fugato, viribusque restauratis, morbo finem imponunt[65]). Item copiosi ad corporis superficiem *furunculi*[66]). Praeterea nares *humidae* fiunt, illarum mucus induratus magnis in frustu-

63) Quisne HILDENBRANDIO dicenti (l. c. p. 75.): „*Doch verdient derselbe (Urin) in dieser Krankheit unter allen kritischen Ausleerungen die wenigste Rücksicht*" subscriberet?

64) E. HAGENDORN glandulae catenatim in febre maligna per alvum rejectae. In: Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. a. 2. p. 346. Et: G. A. MERKLIN de rebus insolitis post febrem malignam per nares et alvum excretis. *Ibid.* Dec. II. a. 1. p. 221.

65) „*Die grösste und öfterste Erleichterung nach dem kritischen Schweisse bringen in dieser Krankheit die Stuhlgänge, und es irren jene, welche glauben, dass diese Ausleerung einzig und allein dem gastrischen Fieber eigen sey; denn die Gedärme stehen mit der Haut, welche im Typhus eine so wichtige Rolle spielt, in dem engsten Verhältnisse, und aus dieser Bruderliebe schwitzen die Gedärme so zu sugen sehr oft statt der Haut.*" (HILDENBRAND l. c. p. 75.)

66) Maximi momenti tales furunculos criticos facit nosocomii civici Vindobonensis medicus primarius Dr. SCHIFFNER. Et ego illos in *nonnullis typhi epidemiis*, praesertim in maribus juvenibus, sub forma plagarum profunde rubentium, tumentium, in conum triangularem elevatarum, digito firmiter renitentium, apice suppurato, conspexi.

frustulis, socia interdum sternutatione vel levi epistaxi secedit [67]), depuranturque simili fere pacto dentes et lingua. Criseos completae transitus a summo morbi gradn ad convalescentiam adeo rapidus esse solet, ut aegrum, quem vesperi in agone constitutum dereliquisse credideris, postridie in lecto sedentem atque serenum invenias.

Periodus declinationis.

6. Quodsi morbus sensim sensimque declinet et per lysin desinat: „caput sublevatur, mens resipiscit, subsultus tendinum sedantur, respiratio ad naturalem facilitatem restituitur, si qua pulmonibus insidet pituita, concoquitur et exscreatur, febris de die in diem decrescit, pulsus aequabiliores, pacatiores, elatioresque evadunt; oculi et facies pristinnm nitorem, hilaritatemque prae se ferunt. Urinae, quae prius erant crudae aut parcae, aut colore saturatae, turbidae, et lateritiae, aut naturalibus similes, et coctionem fallaciter mentientes, paullatim clarescunt, uberiusque fluunt, plerumque quidem sine hypostasi, interdum cum sedimento crasso, albo, gravi, et tales ad aliquot dies, etiam finita febre, emittuntur, Alvus utplurimum laxatur, multis ejectis biliosis, concoctis, foetidis, multisque simul flatibus descendentibus. Hinc abdomen, si prius tendebatur et tumidum erat, subsidet et complanatur. Si vero jam alvus fluebat, ut saepe incidit . . . . dejectiones quidem biliosae, flavae, liquidae

67) Hildenbrand l. c. p. 73.

quidae permanent, sed e tenuibus atque aquosis, foetidissimisque, fiunt pultaceae, densiores, magis coactae, minus olentes, et minus crebrae, talesque ad aliquot dies subeunt, donec colorem naturalem, pristinamque firmitatem acquirant. Interdum cum iis vermes egeruntur; ac sudor accedit universalis, calidus, aequalis, levans, sicque morbus lente et prospere sub finem secundae, aut tertiae, aut quartae, quod tamen rarissimum, longissimumque est, hebdomadis absolvitur" [68]).

Convalescentia.

7. Quo gravior morbus fuerat, eo longior, ad hebdomades duas tresve protracta, est *convalescentia* [69]), praesertim in sexu sequiori et generatim tempore hiemali et fervidâ aestate. Illa rite procedente, convalescens emaciatus, facieque collapsa obdormiendi magnam experitur necessitatem, continuamque de cibis sollicitudinem [70]), nec

68) Burserius instit. §. CCCXXX.

69) Sic uno ore fatentur Treviso l. c. cap. 2. p. 7. cap. 6. p. 37. — Roboretus op. o. p. 3. — Neucranz l. c. Thes. 5. p. 9. — Weitbrecht l. c. §. 28. — Lepecq-de-la Cloture l. c. p. 94. — Sarcone l. c. p. 407. 526. — Beretta l. c. p. 27. 41. — Aglietti, Barzelotti, Omodei l. c. p. 130. qui ultimi jam mirantur, Batemann (l. c.) de convalescentia septem dierum et Stocker (l. c.) de illa dierum quatuordecim loqui.

70) Cfr. I. M. Fehr de puero ἠχοῦντι et bulimo (in convalescentibus a febre maligna). In: Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. a. 3. p. 85.

nec non gratissimum secundae valetudinis sensum [71]), interdum [72]) cum veneris desiderio. Alvus tarda. Virium imbecillitas, maxime corpus erigendo aut primos gressus tentando, percipitur, sociis utplurimum vertigine et pulsu frequentissimo. Auditus, donec vires in integrum restituantur, utplurimum gravis, interdum excellens [73]). Nonnulli determinatos odores, e. c. rosarum, instar hystericarum adversantur. Memoria imbecilla. Animus infantilis, ita ut minima oblata occasione convalescens, in fletum aut risum prorumpat. In genere magna irritabilitas et desideriorum volubilitas. Vox acuta, flebilis. Frequenter epidermis a cute (interdum macularum sub morbo erumpentium vestigia retinente [74])) recedit [75]). Omnes fere secundo, tertio mense post morbum, difluvium capillorum patiuntur, non-

71) *„Man könnte beinahe sagen, dass Niemand die sinnlichen Freuden in ihrer Fülle genossen habe, der die Gefühle in dieser Genesungsepoche nicht empfunden hat.“* (Hildenbrand l. c. p. 82.).

72) Universaliter nimis locutus est Hildenbrand dicens: *„Der Geschlechtstrieb wird krankhaft rege.“* (L. c. p. 82.).

73) Thilenius et Himly in *Hufeland's Journal der prakt. Heilkunde. Octob.* 1815. (Convalescentes rumorem ex longinquo optime percipiebant).

74) Acta mea clinica. Ann. I. cap. 3. p. 51.

75) Cfr. B. Scharf de cuticula post febrem malignam in toto corpore (sola facie excepta) separatura. In: Misc. acad. nat. cur. Dec. III. a. 2. p. 100.

nonnullique unguium recessum. Convalescentiae curriculum aliquando sudorum, pollutionum et auorexiae causa in longum protrahitur.

Mors. 8. Crisi salutari denegatâ, praeviis interdum momentanea symptomatum, excepto pulsu, remissione, lucidoque momento, aeger accedentibus lethargo, apoplexia, convulsionibus, sudoribus profusis, viscidis et frigidis, alvi profluvio, gangraena, floccorum venatione atque stertore, e medio tollitur. Quod rarissime ante septimum morbi diem [76]), utplurimum inter diem decimum et decimum septimum incidere solet [77]).

§. III.

76) In epidemia Patavii a cl. Zecchinelli a. 1814. observata, inter 29 mortuos nemo ante sextum diem, et in illa a. 1817. inter 30 mortuos nemo ante quintum obiit.

77) In epidemia Lipsiensi a. 1704. aegri plerumque die undecimo, interdum decimo quarto et decimo septimo peribant. (Lang l. c. cap. 1. §. 11.). In citata epidemia, quae Patavii grassata est, maxima funerum pars inter diem decimum et decimum quartum inclusive, locum obtinuit. Cfr. Omodei l. c. p. 128 — 130. Qui sapienter monet: „*E però da dire che la forma di morte, egualmente che il periodo nel quale suole intervenire, sono gradatamente modificati dalle complicazioni, dalle costituzioni individuali, e da altre accidentali circostanze indipendenti dal contagio, e non riducibili a regole generali.*"

§. III.

Necroscopia.

1. *Cadavera* typho demortuorum interdum flava, plerumque maculis latis, multiformibus [1]), violaceis, lividis, modo a morbo relictis [2]), modo post mortem [3]) factis notata. Citissime ea putrescunt [4]). Plurima succosa, non emaciata, vultuque pleno [5]), quandoque rubello [6]), apparent. Crines minima adhibita vi secedere solent. Aspectus cadaveris.

2. Reperta sunt *vasa cerebri*, et *meningum* turgida [7]), bullis aëris [8]), gelatinâ obtecta [9]); effusio- Encephalum.

1) „*La superficie del cadavere tutta bruttata di ampie macchie e piagucce livide presentava l'aspetto di una scabie esulcerata e scorbutica.*" (Thiene *Storia etc.* p. 52.).

2) „*Die rothen Flecken, Petechien und Striemen waren noch an den Leichen wahrzunehmen.*" (Horn l. c. p. 81.).

3) Riedlin (Lin. med. 1696. p. 611.) de peticulis adeo post mortem erumpentibus loquitur.

4) Quamobrem magistratus, cadaverum e typho demortuorum sectiones, praecipue aestate ante tempus alias a lege praescriptum, concedere deberet. De ea ait Omodei (l. c. p. 486.): „*Questa legge tende ad impedire la coltura dell' anatomia patologica, sì utile agli avvanzamenti della scienza medica, per ovviare ad un inconveniente, a cui la natura istessa ha provveduto sollecitando la putrefazione di tali cadaveri.*"

5) Ramazzini l. c. cap. XI. §. 22.

6) „. . . *einige waren roth im Gesicht wie geschminkt.*" (Horn l. c. p. 81.).

fusiones seri sinceri [10]), cruenti [11]), flavi [12]), materiae puriformis [13]); *meningum* potissimum arachnoideae [14]) maculae [15]), phlogoses [16]) statusque normalis [17]); *cerebri* foetor [18]), inflammatio

7) Willis opp. patholog. cerebri. c. 8.; — Lieutaud hist. anat. med. lib. III. obs. 412.; — Chisholm in Edinb. med. comment. Dec. II. vol. 8.; — Chirac l. c.; — Boucher in: *Journal de Médecine. T. XIII.* p. 569.; — Th. Mills l. c.

8) Percival l. c.

9) Morgagni de sedibus et causis morborum. Epist. IV. art. 9. VII. 2. 3.

10) Coiterus externarum et internar. humani corporis partium tabulae atque exercitationes. Norimb. 1573. p. 110. — Morgagni l. c. — Lieutaud l. c. — Pinel *philosophische Nosographie. 1. Th.* p. 135. — Thiene *Storia* p. 51 seq. — Mills l. c. — Percival l. c.

11) Penada l. c.

12) „*Bei denen am Typhus icterodes verstorbenen war das Wasser in den Ventrikeln des Gehirns gelb, oft bis zur starken Sättigung.*" (Horn l. c. p. 83.).

13) Home *medical facts and experiments. P. I.* p. 5.

14) „*Man findet nehmlich in den Leichen aller (?) am Typhus Verstorbener die Arachnoidea ungewöhnlich verdichtet oder aufgelockert, mit feinen blutführenden Gefässchen durchwebt . . .*" (Hildebrand l. c. p. 148.

15) Stoll l. c. P. II. p. 405.

16) Renard in *Hufeland's Journal der prakt. Heilkunde.* 1815. p. 34.

17) Pommer l. c. p. 22.

18) Romberg in Horn's *Archiv für medicinische Erfahrung. 1823. Januar. Februar.* p. 56 — 58.

tio [19]), abscessus [20]), gangraena [21]), induratio [22]), conditio mollior [23]), sanave [24]).

3. Detecti fuere *specus vertebralis* normalis [25]), aliàs cum notis inflammationis [26]); *nervi* modo

Specus vertebralis, nervi, aures.

19) Cfr. Sprengel *Versuch einer pragm. Geschichte der Arzneykunde.* 3. *Th.* p. 121.; — Trevisus l. c. cap. 9. p. 48.; — Salius Diversus l. c. cap. 12. p. 95.; — Riverius l. c. Sect. 3. p. 446.; — Gabelhover l. c. p. 24.; — Sarcone l. c. P. II. §. 447—459.; — Pringle l. c.; — Penada l. c.; — Boucher l. c.; — Bonté l. c. p. 29.; — Marteau de Grandvilliers in *Journ. de médec. T. VIII.* p. 275.; — Marcus l. c.; — Clutterbuck l. c.; — Percival l. c. p. 304.; — Grattan l. c. p. 80.; — Crampton l. c. p. 44.; — Armstrong l. c. p. 24.; — Mills l. c.; — Ricci, Palazzani; Buffa, Palloni, Zecchinelli ll. cc. Cfr. Omodei l. c. p. 119 — 124.

20) Pringle l. c. — Kirby l. c. p. 32.

21) Chirac l. c.

22) Portal *cours d'anatomie médicale. T.* 4. p. 97. (pontis Varolii).

23) Black l. c.

24) Malouin l. c. („*On a remarqué, que les autres parties internes, surtout celles de la tête, étoient dans l'état ordinaire*"). — Friedreich l. c. — Hufeland l. c. — Horn l. c. p. 82. (*In der Höhle des Kopfes fand ich eben so wenige auffallende Abweichungen, wie in den Leichen der am gewöhnlichen nicht ansteckenden Typhus Verstorbenen*"). — Pommer l. c. p. 23. 24. („*Nirgends war eine sinnlich wahrnehmbare Veränderung in der Rinden- oder Marksubstanz des grossen und kleinen Gehirns sichtbar . . .*") et p. 33. 40. 44. 55. 56. 65. — Percival l. c.

modo rubri [27]), modo sani [28]), pusque in *cavitate tympani* [29]).

4. Con

25) „*Das Rückenmark, an seinem Hals - Rücken und Lendenstücke untersucht und durchschnitten, war weder weicher noch härter und andere gefärbt als gewöhnlich, und eben so fanden sich die vordern und hintern Wurzeln der Rückenmarkenerven, so weit der Augenschein reichte, gesund beschoffen; nirgends fand sich ein Merkmal von Anschwellung eines Nerven, von Ergiessung etc.*“ (POMMER l. c. p. 25. 26. 42. 93.).

26) COMTE (*Journ. de la Société de médecine. Tom. LVIII.* p. 247.) ait: „*Les recherches poussées jusque dans le canal vertébral, ont constamment découvert des traces de phlegmasies sur la surface interne de l'enveloppe de la moëlle; des traces semblables livides, ou d'un rouge obscur, dans la moëlle même, avec des portions de sa surface macérée et présentant une suppuration (!) manifeste.*“

27) MORGAGNI de sed. et caus. morbor. Epist. LXX. §. 10. REIL (Exerc. cap. V. p. 20.): „Ex cadavere hominis typho peremti, qui eminente nervorum passione stipatus erat, nervos excidebam sanguinolentos eosque corrodebam acido nitri. Sed pro colore fusco flavo sordidum obtinebant, quoniam sanguis intimam medullam penetraverat, eamque suo colore infecerat. Hoc phaenomenon sanguinis, cooperationem ad nervorum actiones efficiendas indicare mihi videtur, quae in febre nervosa excedentes anomalaeque, pari ratione etiam majorem sanguinis copiam ad nervos attrahunt.“ Cfr. AUTENRIETH diss. de hactenus praetermissa nervorum lustratione in sectionibus hydrophoborum. Tub. 1802. et altera, de natura parotidum malignarum in morbis acutis. Tubing. 1809. — SOEMMER-

4. Conspiciebantur *larynx* et *trachea* inflammata [30], materia puriformi obducta; *pulmo* infarctus [31], friabilis [32], inflammatus [33], gangraena corruptus [34], et *cor* sanguine modo nigro soluto [35], modo coagulato [36], modo nil morbosi

Larynx et pectoris cavitas.

E 2

RINO *über den Saft, welcher aus den Nerven wieder eingesaugt wird, im gesunden und kranken Zustande des menschlichen Körpers. Landshut* 1811., — WEINHOLD *kritische Blicke auf das Wesen der Nervenfieber u. s. w. Dresden* 1814.; — POMMER l. c. p. 13 seq. — SCHNEIDER l. c. p. 108. not.

28) *„Die um die Arteria coeliaca herumliegenden Nervengeflechte liessen mich keine Spur von einer entzündlichen oder sonst einer widernatürlichen Beschaffenheit wahrnehmen. . . .“* (POMMER l. c. p. 29. 58.).

29) MORGAGNI op. c. Epist. VI. 2.

30) *„Kehlkopf und Stamm der Luftröhre erschienen unendlich entzündet.“* (POMMER l. c. p. 33. 40. 45. 94.). — *„In mehreren Leichen waren die Lungen, der Kehlkopf, die Luftröhre, bey einigen alle diese Organe zugleich entzündet.“* (HORN l. c. p. 84.).

31) HASENÖHRL l. c. p. 51. — POMMER l. c. p. 26. 33. 42.

32) *„In mehreren Leichen fand ich auch die Lungen hie und da von sehr weicher Beschaffenheit, zuweilen so weich, dass man sie wie eine aufgelöste Milz zerreiben konnte.“* (HORN l. c. p. 84.).

33) SPIGELIUS opp. omnia lib. II. cap. 16. p. 28. — SYDENHAM opp. edit. Genev. 1710. Vol. I. p. 73. Vol. II. p. 512.; — GABELHOVER l. c.; — HASENÖHRL l. c. p. 52.; — THIENE *Storia etc.* p. 55.

34) TROGHER apud DALL' ARMI l. c. p. 25.

35) TROGHER l. c. — HORN l. c. p. 83. (*„In allen*

bosi offerente [37]) repletum, rubedine notatum [38]). *Vena cava* rubra [39]), cruore atro repleta, *aorta* vacua [40]), *carotides* inflammatae [41]). *Pleura* [42]) et *diaphragma* phlogosi correpta [43]).

Cava abdominis et pelvis. 5. *Oesophagus* erat ruber et exulceratus [44]). Aperto cavo abdominis saepe aër putridus manabat [45]). *Ventriculus* [46]) obtulit inflammationem [47]), macu-

Fällen hatte das Blut im Herzen und in den grossen Gefässen eine wässrichte und aufgelöste Beschaffenheit").

36) Pommer l. c. p. 33. 53. 94.

37) Morgagni op. c. Epist. XLIX. 23.

38) Pommer l. c. p. 57. 94. 102. 112.

39) Pommer l. c. p. 54.

40) Idem ibid. p. 27. 41) Idem ibid. p. 57.

42) „*Bey einigen fand ich auch die Brusthaut in einem Entzündungszustande, wobey zugleich in den Brusthöhlen, theils wässrige, theils lymphatische, theils eyterartige Flüssigkeiten gefunden wurden.*" (Horn l. c. p. 84.).

43) Pommer l. c. p. 94.

44) Pommer l. c. p. 95. („*In zwanzig Individuen von am Typhus verstorbenen fand ich . . . fünfmal die Speiseröhre in ihrem Verlaufe durch die Brusthöhle halb dunkelroth gefärbt, bald missfärbig und brüchig, in einem Falle grünlichgelb exulcerirt*").

45) Pommer l. c. p. 50. multique alii.

46) „*Unter zwanzig Fällen des sporadischen Typhus, fand ich achtzehnmal den Magen in krankhaftem Zustande.*" (Pommer l. c. p. 113.).

47) (Malouin l. c.). „*On a trouvé à l'ouverture des cadavres de ceux, qui en sont morts, que l'estomac avoit une couleur rouge, brune et livide: il étoit aussi par-*

maculas et pustulas [48]), granulationes [49]), gangraenam [50]), corruptionem [51]), laesiones continui [52]), perforationes [53]). *Intestina* comparuerunt flatibus distenta [54]), pituitâ [55]), aliisque sordibus [56]) obruta, inflammata [57]), excrescentiis [58]), ulceri-

semé d'ulcères de la grandeur de lentilles." — MORGAGNI l. c. Epist. XXX. 4. Epist. LV. 11. — Et HORN l. c. p. 86. („*Nicht selten waren die innern Magenhäute entzündet, und diese Entzündung drang nicht selten tief in die Substanz des Magens*").

48) BARTHOLINUS hist. anat. cent. III. No. 92. — CHIRAC l. c. — RAMAZZINI l. c. §. 22. — STOLL l. c. P. I. p. 191. — POMMER l. c. p. 33. 51. 65.

49) CRAMPTON l. c.

50) FR. HOFFMANN l. c. cap. XI. §. 5. — MORGAGNI l. c. Epist. XLIX. 14.

51) BARTHOLINUS l. c. No. 68. — GABELHOFER l. c.

52) REIL Memorabilia clinica. Fasc. I. p. 12.

53) KADE diss. de morbis ventriculi ex materiei animalis mixtura formaque laesa explicandis. Hal. 1798.

54) „*Vorzüglich ist die Bauchhöhle von den hier entleerten Luftarten angefüllt.*" (HILDENBRAND l. c. p. 157.); — POMMER l. c. p. 51.

55) „*Les intestins étaient mortifiés d'éspace en èspace, et leur partie veloutée étoit fondue en une espèce de glaire.*" (MALOUIN l. c.); — REIL *Fieberlehre* 2. B. p. 512. 523.

56) POMMER l. c. p. 60.

57) STOLL l. c. P. VII. p. 188.; — HOME l. c.; — POMMER l. c. p. 27.; — HORN l. c. p. 87.

58) „. . . *in der Höhle des Krummdarms zeigte sich längs der ganzen entzündeten Stelle, welche schon an der äussern Oberfläche dieses Darmstückes sichtbar ge-*

ulceribus [59]) et gangraenâ [60]) notata. *Hepar* conspicie-

wesen war, und nun auch immer gleich stark schien, zwanzig bis dreyssig grössere und kleinere ovale, einzeln stehende Auswüchse. . . ." (POMMER l. c. p. 28. Cfr. p. 34. 47.).

59) POMMER l. c. p. 43. 47. 65. 118.; — HORN's *Archiv* 1818. *Januar, Februar.* p. 90.; — BROUSSAIS passim in operib. — J. C. WAGNER (diss. sistens mutationes membranae intestinorum villosae in phthisi tuberculosa et febri nervosa. Viennae 1824.): „Confluentia, ait, (p. 22.) *plura ulcera.* saepe integras scalas, ultra pollicem latas, et ad tres pollices longas efficiunt, in aliis locis figuram monetae majoris exhibentes, praeprimis versus coecum, in valvula coli, interdum his ulceribus fere ex integro destructa." Praeterea casum narrat (p. 21.) aegroti, cui in febre nervosa stupida (typho?) haemorrhagia per anum, quae plures libras sanguinis atri coagulati et fluidi largiebatur, superveniebat, morte duabus horis serius contingente. „Cadaver sectum praeter signa universalis Keneangae tubum intestinalem exhibuit laxum, marcidum fere, excepto inferiore (dimidio) ileo coarctatum, hic ut in coeco notabiles moles sanguinis coagulati et inferius tenuioris, aquosi latuit, membrana villosa ibidem sanguine turgida, vasis dilatatis, sed fere vacuis; in hac regione imprimis ad valvulam coli invenimus descriptorum helcomatum stratum ad diametrum duorum pollicum, cinctorum insuper in basi reti vasorum notabili, cum diffusis pisiformibus illis nodulis. Integra tunica mucipara tumuit, rubuit sub pressione in modum spongiae aerum sanguinolentum fundens." — NEUMANN *über Darmgeschwüre in typhösen Fiebern.* (HUFELAND *Journ. der pr. Heilk.* 1827. *St.* 3. p. 96.).

spiciebatur coloris plumbei [61]), inflammatum [62]), et bilis flava, -tenax [63]). *Lien* apparuit magnus, lividus [64]), inflammatus [65]), corruptus et disruptus [66]). *Mesenterium* erat glandulis tumentibus refertum [67]). In multis inflammatio et gangraena omnium

60) Salius Diversus l. c.; — Home l. c.

61) Home l. c.; — Pommer l. c. p. 30. 34. 44.; — Thiene l. c. p. 53.

62) Salius Diversus l. c. — Roboretus l. c. cap. 17. p. 334.

63) Klein *chirurgische Bemerkungen.* p. 166.

64) Hasenöhrl l. c. p. 52.

65) Chisholm l. c.

66) „*Die Milz zeigte sich in mehreren Fällen bis zu einer bedeutenden Grösse angeschwollen und aufgelockert, oft in ein Brey verwandelt, einmal völlig zerplatzt, so dass eine bedeutende Menge Blut in die Bauchhöhle sich ergossen hatte.*" (Horn l. c. p. 51.).

67) „Mutationem simul memorabilem glandulae mesentericae ilei, imprimis in vicina ulcerum, coeci insigniter offerunt, a magnitudine nucis avellanae ad illam ovi anatis tumentes, molles, cinctae et ipsae scatentes retiuaculis copiosis sanguiferis, parenchyma repraesentantes molle, sarcomatosum (exulcerationibus in intestinis haud absimile) profunde rubens, cum inspersis maculis griseo-rubris et granis miliformibus, griseo et albo-flavis, glandulae majores continuere largam quantitatem, (ad singulam drachmam) saniei rubro-griseae, spisso fluidae, inclusae cavo oblongo, compresso, latere altero incrassata et griseo rubente tunica glandulae interna, pariete altera et quidem intestino obversa ad duarum linearum diametrum massa eadem sarcomatosa cincta; glandulae superioris ilei ac jejuni

omnium fere viscerum abdominalium [68]) reperiebatur. Aliàs abdominis cavitas sana [69]). *Vesica urinaria* interdum a norma recedebat [70]).

Observatio. 6. „Saepissime tamen nulla visibilis uspiam labes offenditur, quae pro mortis caussa haberi posset" [71]).

§. IV.

ad minus volumen inflatae, massam coeruleo-rubentem homogeneam, magis sanguiferam absque granulorum vestigio retulerunt." (J. C. Wagner l. c. p. 22.).

68) „In horum (hominum a. 1601. febre petechiali defunctorum) cadaveribus apertis inflammationes, gangraenae, corruptiones in intestinis, ventriculo reliquisque *visceribus omnibus*, aut horum aliquibus, ut mesenterio, omento, jecinore, liene visae sunt." (Spiggelius l. c.). „Ego certe plena testari possum fide, quod omnes eos, quos ex febre quadam acuta obiisse novi, ex inflammatione ventriculi, intestinorum vel meningum superveniente deprehenderim; idque non modo ex symptomatibus dijudicavi sed *ex dissectionibus* quas administravi, et de quibus alii fidem mihi fecerunt, compertum habui." (Fr. Hoffmann opp. T. I. Sect. I. cap. 17. §. 23.).

69) „*Merkwürdig war es, dass man an manchen Leichen in dieser Höhle gar keine merkliche Abweichung wahrnehmen konnte, besonders bey denen, welche nach einem raschen Verlaufe des ansteckenden Fiebers frühe unterlagen.*" (Horn l. c. p. 85.).

70) „*Die Harnblase sah ich in zwanzig Fällen neunmal regelwidrig beschoffen.*" (Pommer l. c. p. 114.).

71) Burserius l. c. §. CCCXXIX. Consentiunt quoque Horn, Hufeland (ll. cc.) multique alii.

§. IV.

Aetiologia.

1. Omnia argumenta, quae pestis contagiosam naturam ostendunt, et typhi indolem contagiosam demonstrant. Ubi origo typhi cujusdam a contagio demonstrari nequit, caussa in difficultate jacet, vias, per quas contagium propagatur, eruendi [1]). Priusquam in illas inquiramus, de ipsa contagii origine dicendum est. Contagium.

2. Qui typhum pro morbo antiquitati haud noto, et a Turcis versus finem seculi decimi quinti in Italiam et Hungariam advecto, habent [2]); nodum dissecant, non solvunt. Esto enim hic morbus nobis revera exoticus; tamen ut postremo patriam habeat oportet; quo concesso cur ille eâdem ratione, qua alibi oritur, etiam inter nos oriri non posset? Tempore quo scribi- Origo contagii.

1) Ex eo saltem tempore, quo illae viae magis innotuerunt, vix typhi casus mihi obvenit, cujus originem contagiosam demonstrare haud potuissem. Sic fatentur etiam Ramati (l. c. p. 289): „*Non ebbe forse un solo individuo in questa provincia (di Novarra) che le indagini ad uopo tal praticate non chiarissero averla contratta da altri che già n'erano infetti.*" Et Omodei (l. c. p. 396.): „*E quasi altretanto possiamo accertare esser avvenuto nella provincia di Milano, ove se i medici facevansi con debito accorgimento a rintracciarne l'origine, quasi sempre pervenivano a scoprire il punto da cui l'infezione era partita.*"

2) Omodei l. c. p. 275 — 368.

scribimus, plurimae in Europa regiones exstant, ubi nec vestigium typhi invenire licet [3]). Ut vero, quod DEUS avertat, bellum aliaeve calamitates in illis oriantur, diutiusque durent; typhus procul dubio praesto erit. Colligitur inde, bella reliquasque hujus generis calamitates (imprimis congregationem hominum impurorum et infirmorum [4]) aut animalium [5])) febribus ansam porrigere, quae febres *ignoti quid* largiuntur (*contagium typhodes*), quod, ubi favente annua constitutione [6]), homines praedispositos aggreditur, similem in illis plane morbum excitat.

3. Es-

3) Vilnae ab a. 1818 ad 1823. usque, irritâ omni operâ, nec unicum typhi exemplum pro clinico invenire licuit.

4) „*Und hierin (in den überhäuften menschlichen Ausdünstungen) liegt einzig die Wahrheit; hier einzig die Quelle alles Typhusstoffes und aller weitern Typhus-Ansteckung.*" Hildenbrand l. c. p. 288.).

5) A. Will (*Bemerkungen über die in Bayern sich vermehrenden Viehseuchen. München* 1799) monet, luem bovillam toties oriri, quoties armenta bucera, caussa vel bellorum vel intemperiei atmosphaerae, in angustum nimis spatium congeruntur. Cfr. Hildenbrand l. c. p. 289.

6) Pulcherrime hoc argumentum dilucidarunt Johnson (*The influence of Tropical Climates on European Constitutions. 2. Edit. Lond.* 1818. *p.* 20.), Adams et Jackson (*An inquiry into the Laws of epidemics. Chap.* 1. p. 11.) et Puccinotti (*Dei contagj spontanei. Roma* 1820.).

3. Essentiam principii illius ignoti, videlicet contagii typhodis, ne conjecturâ quidem attingere audemus. Fervidâ nimis imaginatione abrepti erant [7], qui illam in septonio oxygenio nupto [8], in materia quadam in gaz hydrogeneo-sulphurato soluta [9], in hydrogenio [10], in muco tenui animali [11], etc. quaesivere. Quid sit contagium.

4. Nec via, qua contagium typhi in *corpus humanum* introducitur, probe cognita est. Plurimi hoc sub respectu *salivam* incusant [12], idque imprimis ob nauseam et vomitum, stadium invasionis concomitantes. Ast tarde nimis haec sympto- Via introitus et qualitates.

7) *S'ignorano gli elementi di cui è composto (il contagio); e tutto ciò che fu scritto intorno alla sua natura animata, sulfurea, bituminosa, arsenicale, azotica, idrogena etc. non è che un prodotto di calda fantasia.*" (Omodei l. c. p. 213.).

8) Mitchill *v. London medical repository. March* 1819.

9) Trotter *an Essay on diseases of Seamen.* 2. *Edit. London* 1804. *Vol.* 1. p. 176. *Vol.* 3. p. 62.

10) Ph. C. Hartmann l. c. p. 46.

11) P. Moscati v. *Compendio di Cognizioni veterinarie.* p. 81.

12) Screta, Mayr, Kopff, Lind (ll. cc.). — Jackson (*Remarks on the Constitution of medical department of the British Army. Appendix.* p. 247.). Ait Horn (l. c. p. 62.): „*Oft schien es mir dass das typhöse Contagium eine besondere Relation zu den Werkzeugen des Schlingens äussere. Bei manchen, welche offenbar angesteckt waren, entstanden zuerst Würgen und Erbrechen, noch ehe das Fieber völlig ausgebildet war.*"

symptomata comparere solent [13]), ut ab actione immediata contagii in ventriculum derivari possint. — Majoris ponderis foret efficacia, qua emetica in morbi limine porrecta, aliquando pollent [14]). — Alii contagium *viam pulmonum* et *cutis* inire contendunt [15]); quae opinio tum ob symptomata catarrhalia, invasionis socia, tum ob successum methodi sudoriferae [16]), fulcra invenit. Annectuntur quaestiones, num contagium a vasis lymphaticis et venis absorbeatur; an illius vis duntaxat modo duntaxat modo dynamico in systema nervorum irruat [17])? Quum typhum haud raro affectiones glandularum lymphaticarum [18]), et venarum [19]) concomitentur; prima istiusmodi opinionum haud spernenda est. Hac tamen affectione neque constanter, neque in principio morbi contingente, altera (nisi ambo infectionis modi valeant) verisimilior evadit [20]).

Ad

13) Rite monentibus Neucrantz (l. c. Thes. 3. p. 6.), Gleyen (l. c. p. 4.), Lepecq de-la-Cloture (op. c. p. 92.), Sarcone (l. c. cap. 2. p. 7.), Omodei (l. c. p. 454.) etc.

14) §. VIII. No. 7.

15) Reuss l. c. — Hartmann l. c. — Omodei l. c. p. 458.

16) §. VIII. No. 13.

17) Mead introduct. in exposit. mechan. venenorum. — Johnson *the influence of the Atmosphere on the health and functions of the human frame. P. I.* p. 154.

18) §. II. No. 4. 19) §. III. No. 4.

20) J. C. Rousseau (*The Philadelph. Journ. for the me-*

Ad quam sustinendam, similitudo effectuum contagiorum cum illis venenorum narcoticorum [21], praecipue fumi carbonum [22], concurrit. Utrum vero corpus humanum effectus contagii typhodis, instar effectus venenorum narcoticorum, in recta ratione *quantitatis* illi admotae experiatur [23]; an potius, ut credimus [24]), quantitas indifferens sit, et ad typhum excitandum, contagii atomon sicuti ad horreum pulveris pyrii accendendum, scintilla sufficiat; hoc determinari nequit. Nec definiemus, num contagium typhi, ut nonnulli putant [25]), *qualitate nocendi* modo majore,

dical and physical sciences. By CHAPMAN 1822. 4 *Vol.* opinatur, typhi contagium vim in cutem narium et in *nervos olfactorios* exercere.

21) „*Das Typhus-Miasma scheint eine den narcotischen Giften analoge Wirkungsart zu besitzen . . .*" (HILDENBRAND l. c. p. 115.).

22) P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XXII. §. XCIX. Cfr. FR. TOGGIA *sui perniciosi effetti che il fumo produce sopra gli animali domestici. Torino* 1824.

23) LIND l. c. *chap.* 1. *sect.* 4. — HAYGARTH *letter* p. 36. — PERCIVAL in: *the London medical Repository. Mai* 1819. p. 396.

24) Nec aliter sentit OMODEI l. c. p. 487 — 8.

25) PERCIVAL, TROTTER ll. cc. — HORN (l. c. p. 41.) monet: „*In den Monathen Mai und April zeigte es sich offenbar, dass diejenigen Kranken, welche in dem Französischen Lazareth angesteckt waren, in der Regel einen heftigern und gefährlichern Typhus bekamen, als diejenigen, welche in den russischen und*

jore, modo minore polleat. Quaestioni, num homo *contagio adsuesci possit*, potius negando respondendum esse censemus [26]). Typhi contagium effectus suos modo extemplo [27]), modo serius

preussischen Lazarethen, für deren Verwaltung vielleicht mehr geschehen konnte, angesteckt wurden."

26) Ait quidem Hildenbrand (l. c. p. 137.): „*Auch lässt sich sehr oft die Bemerkung machen, dass manche Menschen an den typhösen Ansteckungsstoff sich so gewöhnen, dass sie keiner Ansteckungsfähigkeit mehr unterliegen, ohne jedoch den Typhus selbst ausgestanden zu haben, welches man bey vielen Krankenwärtern, Aerzten, Priestern u. s. w. wahrnehmen kann;*" observationes vero infra tradendae (No. 11. (94.)) contrarium docent. Typhus medicis adeo inevitabile malum est, ac variolae ante vaccinae inventum, universo generi humano fuerant. Quamobrem sicuti quondam in usu erat, parentes interrogandi, utrum liberi variolas perpessi fuerint, nec ne; ita ego juvenes medicos interrogare soleo, num typhum superaverint?

27) *Pater* meus in epidemia pagi Gernsbach, Ducatus Badensis a. 1769. domnm, aegrotos suos visitandi causa, sanus reliquit. Medio in opere, derepente tanta virium jactura correptus est, ut vix vires, locum unde erat profectus, attingendi, habuerit. Illico facies a statu sano recessit. *Frater* meus, sanus ut videbatur, clinicum Vindobonense intraverat. Lecto aegroti typho laborantis quum adstiterit, derepente male se habuit. Illico edixit: „*Ho ricevuto la pistoletata.*" Ac re quidem vera jam vires domum redeundi defuerunt, et vix curru redux, typhus, quo obiit, evolvebatur. Casus similes propria mihi suppeditat praxis. (Acta mea clinica. Vol. 2.) Alios narrant Fournier

rius edit; quo ultimo in casu contagium *latere* dicitur [28]). Arduum verò est, *limites* stadii hujusmet latentis contagii determinare [29]). Terminum tardiorem [30]) non negando [31]), illum *octo* circiter *dierum* cum aliis [32]) generatim statuimus [33]).

5. Ef-

(*Diction. des sciences médicales. Vol. XI. art. Effluve*) et Bodei (l. c. p. 34.).

28) Memorabilem istam de contagio latente doctrinam praeprimis Haygartio (l. c.) debemus.

29) Sapienter ait Omodei (l. c. p. 468.): *„Gli uomini generalmente infettandosi per via de' panni non è raro che portino addosso il fomite per qualche tempo, senza che dir si possa strettamente che siano infetti. Il periodo latente si deve necessariamente misurare dall' atto in cui la materie contagiosa perviene a contatto cutaneo, il che non corrisponde sempre coll' occasione dell' infettamento."*

30) A diebus 15 (Roboretus l. c. cap. 9. p. 54. 55. — Tiraboschi in *raccolta di opusculi interessanti le febbri epidemiche* p. 59.) usque ad 60. (Haygart *letter to Dr. Percival* p. 64. 69. 72. 89. — Johnson l. c. p. 158.).

31) Nollem cum Omodei asserere (l. c. p. 475.): *„non durare il periodo latente di questo contagio oltre quindici o diciotto giorni."* Et minus adhuc cum Hildenbrand (l. c. p. 38.): *„Aus manchen Beobachtungen habe ich aber Ursache zu glauben, dass dieser Zeitraum niemals kürzer als drei Tage, und niemals länger als sieben Tage dauern möge."*

32) Horn, Kausch etc.

33) In nosocomio Vindobonensi, tempore quo ibi officio

Essentia morbi.

5. Effectus reconditus contagii typhodis, id est essentia seu *caussa proxima* typhi latet. Hypotheses, quae illam aut in *fermentatione putrida sanguinis* 34), aut in *congestione primûm arteriarum, dein venarum* 35), aut in *asthenia* 36), aut in *depressione excitationis* 37), *affectione sensibilitatis, irritabilitatis etc.* 38), in *principio imponderabili* et *imminutione cohaesionis pulpae nerveae* 39), aut in *defectu harmoniae oscillationum vitalium* 40); aut in *sphacelo membranarum mucum secernentium et retis Malpighiani* 41), aut in *febre vitam automaticam et animalem prehendente*

medici primarii functus sum, opifices, famuli aliique, affines et amicos, qui ibi decumbebant, plerumque die dominica visitare solebant. Permulti illorum sic typhum acquirebant, ac quum demum ipsi ad idem nosocomium deportarentur, reperi morbum circiter hebdomade ab illa visitatione elapsâ, ingruisse.

34) Fracastoro, Oddi degli Oddi, Marsil. Caokato etc.

35) Armstrong l. c. p. 69. 84. 89. 276.

36) Schola Brunonis etc.

37) Schola *del Contra-Stimulo.* Cfr. Omodei l. c. p. 193.

38) Dorn (l. c.): *Ein asthenisches Ergriffenseyn der Sensibilität in ihrem Central-Organe, dem Gehirne.*" — Göden (l. c.): „*Ein unmittelbar vom irritablen Elemente ausgehendes asthenisches Fieber.*"

39) Weinhold (l. c.): „*Das Princip des Imponderablen und die verminderte Cohaesion des Nervenmarkes.*"

40) Wolfart l. c. 41) Hartmann l. c.

hendente[42]), aut in *processu physico-chemico-animali principium vitae (oxygenium) in sanguine et in fibra musculari exstinguente*, *succurrente altera ex parte*, *ceu salutari naturae instrumento*, *febre*[43]), aut in *phlogosi gangliorum* *) quaerunt; nobis saltem minime satisfaciunt. Majoris sane ponderis hypotheses habendae essent, quae caussam proximam typhi in *inflammatione viscerum* praecipue *abdominalium*[44]), *pectoris et encephali*[45]) aut *membranarum mucosarum*, *sese super nervos et sensorium expandente*[46]), locarunt;

42) Ackermann (l. c.): „*Ein Fieber, welches neben dem automatischen Lebens-Hemisphär, zugleich auch das animalische ergriffen hat.*"

43) Grant l. c. p. 5. — Armstrong l. c. p. 528. — Barzelotti *epitom. di med. prat. razionale. Vol.* 1. *Introd.* §. 15. *text.* p. 219. 222. et Palloni l. c. p. 65 seq.

*) „*Daher glaube ich, dass das eigenthümliche Wesen des sporadischen Typhus zuverlässig in einer Phlogosis des gesammten Gangliensystems bestehe.*" (Schneider l. c. p. 108.).

44) A. Spigelius l. c. p. 28. — Screta l. c. p. 26. — Baglivi opp. omnia. Lib. I. de febribus malignis et mesentericis. §. 1. — Fr. Hoffmann l. c. §. 23. — Tommasini l. c. — Broussais opp. passim.

45) Chirac l. c. — Valcarenghi l. c. §. 303. („Quod verum esse semper arbitror, sive in cavitate pectoris, sive in capite primario sedem obtineant, aut a quovis stagnante specialiter humore proficiscantur."); Marcus, Jemina, Magistretti, Mills, Wright et Clutterbuck.

runt; nisi probari possit, hujusmodi statum inflammatorium potius *effectum* sive morbi ipsius sive ejusdem complicationum sistere [47].

Monitum. 6. Ignorantia autem in qua tam circa contagii typhodis originem, naturam et introitum, quam circa caussam proximam typhi versamur, minime impedit, quominus *leges*, *juxta quas contagium illud propagatur et suscipitur*, investigemus. Hujus memorabilis doctrinae fundamenta posuit ROBORETUS [48]. Excoluere illam, ut alibi monuimus [49], J. PRINGLE, LIND, HAYGARTH,

46) HILDENBRAND (l. c. p. 147.): „*Die nächste Ursache des Typhus liegt bestimmt in einem entzündungsartigen Zustande der sämmtlichen Schleimhäute, welcher sich auf die Nerven und das Sensorium krankhaft verbreitet.*"

47) Vere ait PALLONI (l. c. p. 4.): „*Le varie inflammazioni, che quasi sempre s'incontrano negl' intestini, nel fegato, nei polmoni, nelle meningi e nel cerebro, non costituiscono l'essenza del morbo, ma un effetto quasi costante della causa che lo produce.*" De omnibus inflammationibus in typho valet, quod OMODEI de encephalitide edixit (l. c. p. 159.): „... *Se l'essenza del morbo consistesse nella flogosi cerebrale, converrebbe supporre l'encefalitide spontaneamente sanabile, o sanabile con rimedj di virtù opposta a quelli che l'esperienza dimostra ad ogni altra infiammazione giovevoli.*"

48) Op. c. p. 117. 118. 125. 139. 153. 154. 202.

49) JOSEPH FRANK's *Reise nach Paris, London etc.* Th. 1. p. 247.

GARTH, WILLAN, LETTSOM, CLARKE, PERCIVAL, CURRIE, HILDENBRAND, HORN et praeter recentiores de contagiis auctores [50]), OMODEI [51]).

7. Typhi contagium aut directe ab *aegrotis* ipsis, illo morbo laborantibus, aut indirecte, a *rebus* contagio contaminatis propagatur. Contagii propagatio.

8. De vi aegrotorum typho laborantium, homines sanos cum illis commercium habentes inficiendi, innumerabiles scriptores, ab OMODEO nostro singulari industria collecti [52]), testantur [53]), testaturque eheu! propria experientia [54]). Opinio Contagii propagatio directa.

F 2 itaque

50) P. I. Vol. I. Sect. I. Consp. hist. et liter. §. XI. No. 11.

51) Op. c. T. I. p. 275 — 578.

52) L. c. p. 412 — 415.

53) Praeter CARDANUM, MASSAM, ODDI DEGLI ODDI, GRATIOLUS l. c. cap. 5. p. 12. — PETRUS A CASTRO l. c. sect. I. §. 11. — JORDANUS l. c. tract. I. cap. 10. p. 221. — PALMARIUS l. c. cap. 8. p. 390. — SALIUS DIVERSUS l. c. cap. XI. p. 82. cap. XX. p. 148. — ROBORETUS l. c. cap. 1. p. 3. cap. 4. p. 34. cap. 9. p. 124. — WILLIS l. c. cap. 14. p. 111. 114. — LANG l. c. disput. 23. cap. 2. §. 6. — DETHARDING l. c. cap. 3. §. 9. — WEITBRECHT l. c. cap. 1. §. 4. — VALCARENGHI l. c. sect. III. cap. 3. §. 375. — BRANDHORST l. c. §. 15. — GLEYEN §. 7. p. 11. — DALL' ARMI Part. I. p. 20. 55. 60. — LUDWIG l. c. Vol. I. P. I. p. 28. et Vol. III. §. 216. — STRACK l. c. p. 44. — SARCONE l. c. P. II. §. 281. 313. — LEPECQ-DE-LA CLOTURE l. c. p. 115. 116. — PERADA quinquennio 3°. §. 29. 71. et pro a. 1799 et 1800. §. 32. — GUANI l. c. — FODÉRÉ l. c. — BARZELOTTI l. c. p. 24. 25 etc.

itaque illorum, qui typhum contagiosum esse negant [55]), nobis omnino incomprehensibilis est. Morbi autem dies, quibus aegroti contagium exhalare incipiant et cessent, arduum est determinare [56]). Multiplici tamen experientia constat, aegro·

54) Cfr. Introductio.

55) Praeter illos, qui pestis indolem contagiosam negant (P. I. Vol. II. Sectio I. cap. I. §. V. No. 2.), quique ne contradictionis notam incurrant, necessario et illam typhi negare debent, spectant huc: Jo. Frank's *observations deduced from facts, and experiments tending to evince the non-existence of typhus-contagion. London.* — Lassis *recherches sur les véritables causes des maladies appellées Typhus, ou de la non-contagion des maladies typhoïdes. Paris* 1820. — Canella *padre e figlio, Storia e riflessioni sulla febbre che dominò nella Commune di Riva ed adiacenze, in sul finir dello spirato anno e principio del corrente* (1817.) *a torto dichiarata contagiosa. Verona* 1817. — Bucellati *dimostrazioni medico-filosofiche sulla febbre petecchiale epidemica. Milano* 1817.

56) Haygarth putat contagium *quarto* febris die ex aegrotis typho laborantibus manare. (*Letters to the physicians of fever hospital in Dublin. Printed by the society for bettering the condition of Poor in Ireland.* 1815. *p.* 14.). — Hildenbrand (l. c. p. 113.) ait „. . . *aller Wahrscheinlichkeit gemäss (wird der Ansteckungsstoff) mit dem Hervortreten des Exanthems entwickelt.*" Sic quoque Hartmann, Reuss, Becker, Palloni sentiunt. Omodei (l. c. p. 419.) ait: „. . . *crediamo poter affermare non esser l'infermo capace di communicare ad altrui il morbo pri-*

aegrotos tunc potissimum ad sanos inficiendos idoneos esse, quando peticulae aut miliaria maxime florent, corpusve copiose sudat [57]). Sic vidimus *medicos* praecipue typhum acquisivisse, dum ob visus imbecillitatem, faciem sub exanthematum inspectione, cuti nimis appropinquabant, dumque aegrotorum sudantium stragula, abdominis explorandi gratia, incaute extollebant; *chirurgos* vero, quando talibus aegrotis catheterem applicabant. Qua de caussa cutem et sudorem pro praecipua contagii officina et vehiculo habemus; quin ideo perspirationem imperceptibilem excludamus [58]). Ipsum adeo *oris halitum* non pro insonte habemus: permultos enim *sacerdotes*, postquam cum aegrotis typho decumbentibus, animamque agentibus confabulati essent, eodem morbo correptos vidimus. Magna praeterea vis contagiosa *faecibus* inest: immo Lind [59]) et Trotter [60]) his solis vim ejusmodi tribuunt.

Ex

ma del quarto giorno, abbia o non abbia petecchie."

57) Cfr. D. Spleiss de contagio sudoris in febre maligna, cani exitioso. (Miscell. Acad. Nat. Cur. Dec. III. ann. 1. p. 80.) et Bano de contagio comment. (Collect. Soc. med. Havniens. Vol. I. p. 158.).

58) Aliter sentit Omodei (l. c. p. 482.) ubi ait: *Finchè l'umore traspirabile si mantiene sotto forma fluida, crediamo anzi esser desso uno de' più famigliari conduttori del contagio. Soltanto col volatilizzarsi egli deve perdere la virtù infettante.*"

59) l. c. *chap.* 2. *Sect. I.* 60) l. c.

Ex faecum inspectione plurimi medici se infectos fuisse nobis narrarunt, idemque alii [61]) testati sunt. Interea hic facile effectus nauseosi foetoris, cum illis contagii confundi queunt, Num *bilis*, *urina* et *sanguis* contagii vehiculo inservire possint, demonstratum quidem non est, sed verosimile [62]). Maxime saltem contagii periculum aegrotorum typho laborantium *custodes*, utpote cunctis infectionis modis expositi, subeunt.

Contagii propagatio indirecta.

9. Contagium *indirecte* propagatur: A. *cadaveribus hominum typho contagioso defunctorum.* Experientia enim nostra [63]) et aliorum [64]) clare nimis loquitur, quam ut scriptoribus contrariam sententiam defendentibus [65]), assentire possi-

61) Apud HAYGARTH l. c. p. 43.

62) „*Alla generazione del contagio concorrendo tutt' intera la vitalità della macchina* (quod tamen prius fuisset demonstrandum), *l'illazione più ragionevole è, che tutte le parti e solide e fluide, abbiano, secondo la rispettiva capacità, ad essere più o meno impregnate di molecole contagiose.*" (OMODEI l. c. p. 480.).

63) Acta mea clinica. a. II. cap. 2. pag. 17 seq.

64) E. GOCKEL de febre maligna petechiali ab olfactis floribus, quibus cadaver puerculi, febre acuta defuncti, ornatum erat, proveniente. (Miscell. acad. nat. cur. Dec. III. a. 7 et 8. p. 312.). Cfr. INGRASSIAS l. c. cap. 7. p. 108. — ROBORETO l. c. cap. 13. p. 202. — SALIUS DIVERSUS l. c. cap. 19. p. 133.

65) Cadaverum jam frigidorum contactum pro insonte declarant FRACASTORO (l. c. lib. I. cap. 4.) — JORDANUS (l. c. Tr. I. cap. 18. p. 209. 216.); — LIND

possimus. Absit ceterum, ut credamus cadavera, aegrorum instar, contagium largiri. Est enim contagium effectus processus vitalis (secretionis morbosae?), non mortis. Absit quoque, ut credamus, cadavera propter putredinem contagium exhalare; nam et nobis opinio, ad contagium extinguendum nil magis ipso putredinis processu valere [66]), arridet. Putamus solum, contagium typhi cadaveribus hominum hoc morbo necatorum, maxime illorum crinibus et pilis, e. c. barbae, eadem plane ratione, ac aliis corporibus hirsutis et lanuginosis adhaerere. B. *Atmosphaera unicuique aegroto typho laboranti, propria* [67]), saltem

(l. c. *chap.* 1. *Sect.* 5.) *etc.* — Hildenbrand (l. c. p. 123.): *„Aus eben dieser Ursache (der Kälte) wird durch kalte Leichen eine Ansteckung nur äusserst selten, und nur unter besonders dazu günstigen Umständen verbreitet.“*

66) Omodei (l. c. p. 484.) ait: *„. . . nòn possiamo convenire con . . . . ed altri, che li (i cadaveri) hanno supposti contagiosi specialmente per le esalazioni che vi fa sprigionare la putrefazione, questo processo tendendo a distruggere anzichè ad attivare i fomiti latenti.“*

67) *„. . . es reicht dazu (zur Ansteckung) oft eine längere Verweilung innerhalb der Atmosphäre des Kranken hin.“* (Hildenbrand l. c. p. 116.). Cfr. *Anonymus in Medico-chirurg. Transact. of the medico-chirurg. Society of London.* 1815. *Vol. VI.* p. 61. — Barzelotti l. c. p. 14. Non assentio hinc Omodeio dicenti (l. c. p. 440.): *„Estendere la sfera

saltem in locis occlusis, debitae aëris renovationi obstantibus. Aliàs enim (in aëre videlicet purissimo) et nos in ea versamur opinione, non aliter contagium suscipi posse, quam *attactu* sive aegrorum, sive supellectilis infectae. Limites vero atmosphaerae contagiosae non audemus determinare. Quum in nosocomiis plus vice simplici videre contigerit, aegrotos typho laborantes, socios in proximis utrinque lectis, aliis morbis decumbentes infecisse; illam atmosphaeram sese ad distantiam duorum [68]) aut trium adeo pedum extendere [69]) crederemus, nisi fieri posset, ut hujusmodi aegri typhum per ipsos nosocomii medicos, chirurgos, custodes, perque utensilia contaminata acceperint. C. *Ab hominibus sanis, vestes contagio typhi contaminatas gerentibus.* Posse enim et illos contagium aliis communicare, multiplici experientia probatum est [70]), praecipue quoad

di contagione ai limiti della così detta sfera animale, è moltiplicare senza necessità e senza frutto il numero delle ipotesi."

68) Sic vidit Prichard (l. c. p. 39.).

69) „*Und jener Dunstkreis, der jeden lebenden Menschen und jedes warmblütige Thier umgibt, ist bey Typhus-Kranken im Umfange und der Wärme weit beträchtlicher und daher an weit ausströmender Schädlichkeit überhaupt auch gehaltvoller.*" (Hildenbrand l. c.).

70) Fracastoro l. c. lib. 2. cap. 6. (Exemplum Francisci Naugerii narrans) — Roboretus l. c. cap. 9. p. 139. — Ludwig l. c. Vol. I. part. 1. p. 25. — Dethardinc l. c. cap. 3. §. 9. — Thilenius l. c. —

quoad milites dimissos [71]), rusticos migrantes [72]), mendicantes [73]), vagabundos [74]) et carceratos [75]).

D. *A*

Omodei l. c. p. 522. („*E sul proposito de' fomiti, giova avvertire ad una cosa importantissima, ed è, che gli uomini in istato di salute son eglino particolarmente che servono a disseminare il contagio che inavvertitamente portan seco ascoso ne' panni.*") De propagatione contagii per sanos legi quoque merentur: L. W. Stark *pathologische Fragmente. Weimar* 1824. p. 346.

71) §. I. No. 6. N. 32. et Omodei (l. c. p. 20.) dicens: „. . . *basterà ramentare . . . che cotal morbo regnava epidemicamente nel* 1814, *nell' esercito italiano, quando sciolti i soldati dal giuramento tornarono alle famiglie col seminio morboso che pigliato avevano sotto le bandiere.*"

72) „*Notizie autentiche hanno dimostrato, che ai montanari del Piacentino, del Modenese, del Parmigiano et del Genovesato si dovette principalmente il germe del petecchiale malore che al principio del* 1816. *ha afflitti diversi paesi nelle provincie di Lodi, Cremona e Mantova; e notizie egualmente autentiche hanno fatto manifesto, che dalla medesima sorgente più abbondante seminio a noi pervenne sul finire dello stesso anno* 1816, *quando la generale carestia maggior numero di quelle genti muoveva alle nostre contrade in cerca di lavoro e pane.*" (Omodei l. c. p. 18.).

73) Barzellotti l. c. — Ramats l. c. p. 289. — Palloni l. c. p. 37. („*In Toscana i mendicanti discesivi da tutte le parti sono stati il vomite e il veicolo principale della petecchiale del* 1817. *Il Casentino, il Pistojese, il Lucchese e tutti quei paesi ove sono accorsi, e si sono rifugiati in maggior nu-*

D. *A vestibus* [76]), nec iis, quae antiquitùs co
tam

mero i detti mendicanti sono stati i più attaccati e ma trattati dat morbo petecchiale."

74) Sarcone l. c. Part. 2. §. 281. 313.

75) §. I. No. 6. (33). Zecchinelli l. c. — Bancrof l. c. Appendix. — Schnurrer l. c. 2. *B.* p. 31 Non negaverim, typhum saepius in carceres ab ad venis introduci, quam ibi evolvi; ast ideo evolutio nem istam primariam non omnino (uti Omodei l. c p. 395.) negarem, concurrentibus, praeter annuan constitutionem, immunditie, aëre occluso, victu de pravato, et animi pathematibus; de quorum in produ cendam febrem carceralem imperium pulcherrime J Howard (*Works* 4. *edit. Lond.* 1792. *History o the prisons.* p. 467.) disseruit.

76) Exempla contagii *typhodis* vestium ope propagati leguntur apud Varchi (*Storia Fiorentina. Colon.* 1721 *lib.* 7. p. 181.) — Gratiolum (l. c. cap. 7. p. 16.) — Jordanum (l. c. p. 19. 220. 221.) — Salium Diversum (l. c. cap. 11. p. 82. et cap. 20. p. 148. — Roboretum (l. c. p. 42. 153.) — Willis (l. c. cap. 12.) — Scretam (l. c. Sect. I. cap. 1. p. 15.) — Weitbrecht (l. c. §. 40.) — Ludwig (l. c. Vol. I. p. 28. et Vol. III. p. 216.). Constanter in nosocomio Vindobonensi observavi, homines vestes aegrotorum colligentes, ceteris paribus, typho contagiosc magis adhuc obnoxios fuisse ipsis aegrotorum custodibus. Quae observatio Lindii (l. c.) confirmat opinionem, vestes interdum, magis quam ipsos aegrotos contagii periculum minari. Quid igitur de vendition vestium hominum typho defunctorum, cui plurim nosocomia, nisi affines illas reclament, indulgent, cogitandum?

taminatae fuerant, exceptis [77]); quin ideo dicamus, contagii bene custoditi vim augeri [78]). E. *A lectis* [79]), stramine et foeno [80]). F. *A tentoriis*

77) A. 1812. mense Januario typhum in filia mercatoris judaei evolutum vidi, quin fomitem protinus invenire potuerim. Tandem innotuit, aegram ante hebdomadem vestem pretiosam, quam hereditario jure a sorore, *sex elapsis mensibus* typho defunctâ, acquisiverat, induisse. Simile quodammodo exemplum contagii, per octo menses in vestibus latitantis, narrat Omodei (l. c. p. 512.) monens praeterea: „*Durante l'epidemia petecchiale della provincia di Milano nel 1817 — 18, vedemmo più volte rinascere il morbo in alcune famiglie all' appressarsi dell' inverno, quando, secondo il costume, ripigliavano l'uso delle vesti che non purificate erano state riposte in serbo, sul finire della precedente stagione invernale.*" Jure igitur cl. vir reprehendit Hildenbrandium dicentem (l. c. p. 119.): „*Nach eigenen Erfahrungen hierüber würde ich indessen zu bestimmen wagen, dass dieses Ansteckungsgift seine Wirkungsart schwerlich länger als drey Monathe behält.*"

78) Quod de pestis contagio contendunt Mars. Ficino (l. c. cap. 2. p. 71.) et Ingrassias (l. c. Part. II. cap. X. p. 218. cap. XVII. p. 292.); idem de typhi contagio asserit Trotter (l. c. Vol. I. p. 176. Vol. III. p. 259.). Opinionem istam rejicit quoque Omodei (l. c. p. 513. 514.).

79) *Archiv der Medicin, Chirurgie und Pharmacie von einer Gesellschaft Schweizerischer Aerzte.* 3. *Heft.* p. 74. — Fodéré in: *Diction. des Sciences médicales. Vol. XLI.* p. 145. — Johnson l. c. p. 157. — Palloni l. c. p. 85.

toriis [81]), aliisque linteis [82]). G. A lana, bombyce

80) Hildenbrand (l. c. p. 117.): „. . . . *selbst Heu, Stroh, Moos und dergl.*" — Speranza l. c. — Omodei l. c. p. 507. Lithuania praeprimis a. 1806. innumerabilia mihi exhibuit exempla civium, qui dum in cauponis stramini aut foeno, quae antea militibus e Moravia reducibus inservierant, incubuerunt, typho correpti sunt. Idem *Berolini* accidisse, sequentia egregii Horn verba docent (l. c. p. 9.): „*Mehrere behaupteten dadurch vom Fieber befallen zu seyn, dass sie in kleinen Städten und Dörfern, in der Nachbarschaft von Berlin, zumahl auf dem Wege von Pohlen und Preussen hieher, in kleinen Gasthöfen in solchen Betten oder auf solchen Strohlagern geschlafen hätten, welche kurz zuvor kranken Franzosen, auch später Russen zum Nachtlager dienten.*" Nec satis. Observavi nosocomiorum administratores ordinis inferioris, stramen et foenum, quod aegrotia in nosocomiis inservierat, non ut jussum, flammis dedisse, sed judaeis venditasse, sicque typhum in urbe vulgatum fuisse.

81) Ex triginta tribus hominibus, qui tentoriis vetustis, sub quibus prius milites aegrotantes degerant, reconcinnandis intenti erant, septemdecim mortuos esse narrat Pringle, referente Lind (l. c.).

82) Cfr. Trotter (l. c.). In domo quadam privata Vilnensi typhum, quin minimum vestigium occasionis contagium acquirendi palam fuerit, mense Martio a. 1807. conspexi. Accidit vero, ut eodem plane tempore lotrix, typho a militibus aegrotantibus, illius in domo prope flumen Vilia noctem transigentibus, acquisito, ad clinicum deportaretur; utque familia aegroti illius me de statu hujus lotricis (quae antea,

byce [83]) et pellibus [84]). H. A lignis e. c. navibus [85]), supellectilibus [86]), et forte I. a metallis, gemmis, margaritis, vitro, fructibus horaeis, variisque generibus frumenti [87]).

10. Praeterea contagii typhodis propagationi saepissime ecclesiae [88]), scholae [89]), officinae [90]), paga- Finis argumenti.

quavis hebdomade ad finem vergente, illi lintea recenter lota transmittere soluerat) interrogaret. In posterum ad lintea, quatenus aliorum contagiorum e. c. variolarum, morbillorum, scarlatinae vehicula, attentus redditus, plura similia collegi exempla. Item relate ad vestes respectu sartorum.

83) Adams l. c. p. 19. 34. 41.

84) „*Dazu (zu den Leitern des Ansteckungsstoffes) gehören nicht nur die meisten thierischen Theile, vorzüglich Thierhäute, Thierhaare, Federn u. s. w., sondern auch viele zarte und fädige Pflanzentheile, Baumwolle, Hanf und Flachs, alles gewebte Zeug.*" (Hildenbrand l. c. p. 117.).

85) Jackson *a systematic view of the formation, discipline and economy of armies. Lond.* 1804. p. 289.

86) Omodei l. c. p. 506 — 7.

87) „*Le chincaglierie, le perle, i frutti lanuginosi etc. si ritengono egualmente tra i fomiti unicamente pel pericolo che maneggiati dagli uomini, possano ricevere e serbare negli intagli, nelle rughe, tra i peli, alla superficie, dei germi contagiosi; e lo stesso dicasi dei cereali.*" (Omodei l. c. p. 507.).

88) „*Verso il principio di Febbrajo del* 1817. *facendosi nella chiesa Bibbiano il solito triduo delle quarant'ore, in cui v'era sempre gran concorso di gente, il numero dei petecchizzanti, che ascendeva a ben pochi, giunse in breve tempo sino a* 160. — *A Sant'*

paganalia [91]), cauponae [92]), currus publici [93]) ansam porrigunt.

Praedispositio. 11. Sunt, qui contagio typhodi resistere valent [94]); alii plurimi difficilius et imperfectius

Ilario e nella villa di Calerno, dopo funzioni straordinarie di chiese, si ebbe ben tosto un rilevante incremento di petecchiosi." (Pirondi l. c. p. 10.).

89) Plurima exempla in classibus superioribus Gymnasii Vilnensis habui.

90) Hayoarth l. c.

91) Ob commercium rusticorum pagi infecti cum aliis, ut observavi.

92) A. 1813. mense Decembri Vilnae famulam typho laborantem curavi. Haec sub itinere sociâ dominâ suâ instituto, cauponam (locum pro ista praeparandi causa) intraverat; ast quum milites graviter aegrotantes conspexerit, illico exiit, dominam in curru adhuc morantem rogatum, ut allatam ob caussam ultro pergeret. Quamvis iter revera prosequutae sint, nihilominus famula ab eo momento aegrotare coepit.

93) Dum scilicet hujusmodi currus (*fiacres*), qui aegrotos typho laborantes ad nosocomia advexerunt, illico hominibus sanis inserviunt. Convenit hic mea cum Hildenbrandii experientia, ubi ait (l. c. p. 272.): „*In den Fiakern, welche während der Epidemie viele Typhuskranke zu führen hatten, sind manche Gesunde von diesem Stoffe angesteckt worden.*"

94) Valleriola lib. IV. enarrat. 7. p. 299. — Trevis. cap. 4. p. 5. cap. 6. p. 37. — Roboretus cap. 5. p. 45. — Ramazzini l. c. §. 18. 37. — Neucranz l. c. thes. 1. p. 4. 38. — Weitbrecht cap. 1. §. 2. — Gleyen l. c. p. 5. — Sarcone l. c. P. 2. §. 317. 320. 330. etc. — Omodei (l. c. p. 530.) immunitatem

ctius [95]) inde afficiuntur. Ad hos spectant *infantes* [96]), *senes* [97]) et quodammodo homines *oleum*

adversus typhum, saltem quatenus ea ex peculiari hominis conditione prodit, vix admittit: ac re quidem vera tali in admittenda immunitate error judicii facillime irrepit. Ut ut sit, proportionem, qua homines ea gaudent vel carent, non determinabo. CARDANUS hanc statuit ut 1 ad 10. (l. c. cap. 36. p. 216.) et HAYGARTH ut 1 ad 23. (l. c. *letter to Dr.* PERCIVAL p. 31.).

95) *„Endlich gibt es auch* unvollständige Ansteckungen, *bey denen das Gift zwar aufgenommen, aber durch eigenthümliche Beschaffenheit des Körpers in seiner schädlichen Gewalt gebrochen und so die gewöhnliche vollständige Vergiftung verhütet wird. Dann treten nur geringere und gefahrlose Krankheiten, z. B. Schwindel, geringe Fieberzufälle, rosenartige Anschwellungen einzelner Theile, besonders Zerschlagenheit und Mattigkeit u. s. w. ein.“* (HORN l. c. p. 155.).

96) Vere OMODEI l. c. p. 537.): *„I giovani sono meno disposti al contagio (tifoideo) degli attempati.“* Vidimus matres multas, quae, sub typhi totius curriculo, proli incolumi ubera praebuere, idemque viderunt GRATIOL. l. c. cap. 21. p. 74.; — LANO l. c. disput. 23. cap. 1. §. 1. p. 348.; — SARCONE l. c., Part. 2. §. 238.; — PALLONI l. c. p. 100.; — GROSSI l. c. p. 14.; — BUFFA l. c. p. 13.; — BRUGNOLO l. c. p. 8.; — GOBBETTI l. c. p. 15.; — RAIKEM et BIANCHI l. c. p. 39.; atque OMODEI (l. c. p. 538.) dicens: *„Negli spedali provisori della provincia di Milano si sono vedute molte madri attaccate da fierissima petecchia trattare e* ben anco allattare impunemente la prole.*“* Accedit HILDENBRAND (l. c. p. 132.) monens: *„Doch*

oleum tractantes [98]). Ceterum magna, respectu aetatis, variis in epidemiis diversitas occurrit [99]). Eadem

ist es auffallend, dass ganz kleine Kinder und Säuglinge, welche sonst alle Ansteckungsgifte so äusserst gierig aufnehmen, vom Typhus so selten befallen werden." Interea et exceptiones notatae sunt a Loew (l. c. cap. 4. p. 15.) — Althof (l. c. p. 339.) — Barker (l. c. p. 535.) et Omodeio (l. c. p. 539.). Quod me attinet, typhum in infantibus, septem, octo, novem annorum vidi, nunquam in junioribus.

97) Ficinus l. c. cap. 3. p. 7. — Ingrassias l. c. part. 2. cap. 12. p. 80. et Hildenbrand (l. c.) affirmans: „*Ganz alte, dürre und runzlichte Menschen werden von dieser Krankheit auch äusserst selten (vielleicht niemals, wenigstens nach meiner Erfahrung) befallen.*" Omodei hisce, meae quoque experientiae consonis verbis, minime subscribit, immerito, ut reor, ad exceptiones provocans.

98) „*Quanto alla febbre petecchiale, per lettera del 1 di Maggio del 1818., abbiamo risaputo dal sig. dott.* Camuzzoni, *in allora pratico felice nella città di Verona, che nessuno degli individui adetti alle fabbriche d'olio d'oliva fu colto dal contagio.*" (Omodei l. c. T. II. p. 45.). Verum mox infra (p. 48.) legitur: „*Il dott.* Pallazzini *afferma* (l. c. p. 37.) *che i fabbricatori e portatori d'olio, di cui v'ha gran numero in Viadana, non andarono immuni della febbre petecchiale scoppiata tra quella populazione nel 1817.*"

99) In epidemia a Burserio descripta (Dall' Armi l. c. Part. I. p. 17.) typhus praecipue homines quadraginta et sexaginta annorum adgrediebatur. Marcolini (l. c.) de epidemia rationem reddidit, ubi mor-

Eadem haec diversitas relate ad sexum valet [100]; modo enim mares [101], modo feminae [102] magis, modo utrique aequali plane ratione [103] patiuntur. Nec aliter res respectu ad corporis *constitutionem* [104]) se habet. — Quaeritur, utrum *homines*

bus ab initio in juvenes magis saeviebat, dein gravius senes affligebat. BARKER (l. c. p. 533.) epidemiae meminit ab initio et versus finem infantes, in medio vero adultos praecipue eligentis.

100) HILDENBRAND monet (l. c. p. 132.): „*Das Geschlecht scheint keinen auffallenden Unterschied in der Empfänglichkeit der Typhus-Ansteckung zu äussern.*" Et OMODEI (l. c. p. 541.): „*L'esperienza fa vedere che la suscettività al contagio non è subordinata al sesso . . .*"

101) TREVIS l. c. cap. 2. p. 7.; — GOBBETTI l. c. p. 15.; — ZECCHINELLI l. c. p. 21.; — BARKER l. c. p. 536.; — OMODEI (l. c. p. 543.): „*Nelle sale apposite dello spedale civile di Milano pel* 1819. *si sono ricevuti* 276. *petecchiosi, dei quali* 146 *uomini e* 130 *donne.*"

102) WEITBRECHT l. c. cap. 1. §. 2.; — BUFFA l. c. p. 104.; — PALLONI l. c. p. 100. et STOCKER l. c. p. 415. (Inter 22,977 aegrotos, 12,303 feminae et 10,674 mares).

103) ROBORET l. c. cap. 5. p. 45.; — PALAZZINI l. c. p. 37.; — BRUGNOLO l. c. p. 8. Interdum typhus ab initio epidemiae potius mares, et versus finem mulieres potius aggreditur. (MARCOLINI l. c.). Contrarium in nosocomio Dublinii stabilito locum habuisse videtur, saltem observationibus STOCKER (l. c.) cum illis BARKER (l. c.) comparatis.

104) Valde errat HILDENBRAND, ubi generatim ait (l. c. p. 132.): „*Starke Menschen hingegen, vollsäftige*

mines aliis morbis detenti, typhi contagium suscipiant, nec ne? Facile suscipiunt, qui febribus intermittentibus [105]), phthisi pulmonali [106]), scorbuto

wohlgenährte, kraftvolle unterliegen dieser Ansteckung weniger." Homines enim robusti, floridi, succi pleni prae aliis affecti fuere in epidemiis descriptis a Treviso (l. c. cap. 2. p. 7. 8.); — Roboreto (l. c. cap. 1. p. 3. cap. 5. p. 45.; — Ramazzini (l. c. §§. 18. 37. 38.); — Valcarenghi (l. c. sect. III. cap. 1. §. 254. 251.) et Horn, qui ait (l. c. p. 1.): „*Junge blühende Individuen von 20 bis 40 Jahren litten am häufigsten an dieser Krankheit.*" Sic et meae docent observationes, quin ideo negem, typhum qnoque sibi homines graciles, debiles et exhaustos eligere. Valet mihi in genere quod Omodei (l. c. §. 546.) de epidemia Mediolanensi narrat: „. . . *i più gagliardi cadevano sotto i colpi del contagio egualmente che i deboli, i delicati, i molli.*"

105) Videre enim pluries mihi contigit homines, propter febrem intermittentem, qua laborabant, ad nosocomia susceptos, hicque in cubicula, ubi simul aegroti typho affecti decumbebant, locatos, hunc in morbum incidisse. Confirmatur sic Burserii (l. c. §. CCCXVIII. nota) suspicio „nosocomicam febrim, quae utplurimum peticularis est, intermittentibus febribus, si verae tales praeexstiterint, et mora in nosocomiis et ex contagione supervenire potuisse," de quo argumento C. Pinarolii quoque epist. altera l. c. conferatur.

106) Observationes enim meae tum Vindobonae quondam, tum Vilnae collectae, ut alibi (P. II. Vol. II. Sect. I. cap. X. §. XLIV. No. 11.) docetur, directe illis Hildenbrandii oppositae sunt, ubi ait (l. c. p. 135.): „*Besonders kann ich in meiner so vieljähri-*

buto et syphilide [107]) laborant. Secus autem, qui morbis chronicis, exceptis quodammodo illis nervorum [108]), decumbunt. De majore et minore

G 2 singu-

gen Praxis, und unter so vielen Hunderten von Typhus-Kranken, die ich in meinem Leben behandelte, auch nicht einen einzigen Schwindsüchtigen aufzählen, den ich vom ansteckenden Typhus befallen gesehen hätte." Accedit quoque testimonium Omodei (l. c. p. 555.): „*Con* Hildenbrand *e* Cerri *negli spedali, noi non vedemmo alcun tisico da tal morbo compreso.*" At cum mea observatione observationes Willisii (opp. Vol. I. de febribus. cap. 14. p. 114.) et Speranza (*Annali universali di medicina. Ottobre* 1817. p. 39.) conveniunt.

107) Etiamsi, in nosocomio civico Vindobonensi, aegroti syphilide laborantes ab aliis separati sint, saepius tamen tempore, quo ibi officio medici primarii fungebar, acciderat, ut aegroti aut *recondita* lue laborantes, aut pro mora in nosocomio persolventes, ad cubicula communia pervenerint. Quodsi tunc unus alterve aegrotus typho correptus, aut hic jacuerit, aut huc perductus fuerit, venerei fere sine exceptione, contagii typhodis vim experiebantur, idque *praecipue sub cura mercuriali.*

108) Epilepticos haud raro in typhum incidere monui (Part. II. Vol. I. Sect. II. cap. XI. §. LVII. No. 4. nota 33.). Itaque Hildenbrandii opinionem (l. c. p. 135.) amplector: „*Im Gegentheil sind aber jene, die an* n i c h t n e r v ö s e n *chronischen Uebeln leiden, gleichwie sie überhaupt zu contagiösen Krankheiten weniger gestimmt sind, auch für die Typhus-Ansteckung nicht sehr empfänglich.*" Attamen in ea exceptio valet, nam hypochondriaci utplurimum contagio typhi

singulorum hominum ad typhum proclivitate, aliter judicare nequimus, nisi habitâ simul ratione occasionum, hujusmet morbi contagium acquirendi. Hoc in periculo praecipue versantur (ne iterum de sacerdotibus, medicis, chirurgis aliisque hominibus, qui typho laborantibus ministrantur [109]) et de militibus [110]) loquamur) nautae [111]), taber-

resistunt. (Cfr. P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XVII. §. LXXVI. No. 1.).

109) „*Non ci è riuscito di conoscere il giusto numero de' medici, chirurghi, sacerdoti, impiegati e infermieri che si adoperarono in servizio de' petecchiosi negli ospedali provvisori e permanenti (in Insubria* 1817 — 1818.). *Abbiamo però risaputo che se ne infettarono* c i n q u e c e n t o v e n t i n o v e, *e che un quarto all' incirca morì, come risulta dalla tavola seguente: Medici* 8. *Chirurghi* 4. *Sacerdoti* 11. *Impiegati* 2. *Infermieri* 89." (Omodei l. c. p. 412. nota); — O'Brien narrat (l. c. p. 486.), *nullum* aegrotorum custodem, nosocomio Dublinii in Cork-Street locato, ultra anni curriculum ministratum esse, quin typho inficeretur.

110) Inter milites contagium typhodes praecipue propagatur, dum legiones sanae in cubiculis sive horreis noctes transigunt, in quibus antea (translatis videlicet nosocomiis militaribus) milites typho affecti jacebant; dum desertores ex infectis carceribus educti, statim legionibus adsociantur; dum milites sine debita cautela, carceres aut nosocomia custodiunt, maxime vero dum exercitus urbi oppugnandae dicatus, eam postquam diu obsessa fuerat et typho referta est, protinus occupat.

111) Classibus typhi contagium communicari solet, ad-

tabernarii [112]), pignoratores [113]), scrutarii [114]) et pauperes [115]). Pars enim, quam in typho producendo inedia [116]), immundities [117]), habitationes angu-

ventante nave infecta, atque concesso cum ea libero commercio. Ipsam supellectilem ex tali nave ad aliam delatam, ad typhum in ea propagandum suffecisse, LIND (l. c.) testatur. Periculosum quoque est, homines ex carceribus illico ad naves depoitari.

112) *„La proporzione degli attacati nei venditori di commestibili supera di gran lunga tutte le altre."* (ZECCHINELLI l. c.).

113) BARKER l. c. p. 547.

114) *„I tifici avuti nella communione Ebraica in Padova, durante l'epidemia del 1817, furono tutti della classe dei rigattieri, a riserva di due fanciulle che presero il morbo nell' ospedale ebraico . . . ."* (OMODEI l. c. p. 522.).

115) *„Il nostro tifo dominò epidemico nella classe de' miserabili; e si vide raro, e direi sporadico nella classe degli agiati."* (THIENE Bilancio etc. p. 9.). — *„Che la plebe e i miserabili siano bersagliati dai contagi e segnatamente dalla petecchia, assai più degli opulenti ed agiati, è un fatto appogiato a irrefragabili documenti consegnati nella storia di più secoli."* (OMODEI l. c. p. 391.).

116) Oculis fidem non habeo legens apud OMODEI (l. c. p. 403.): *„La carestia non sembra doversi annoverare neppur tra le cagioni capaci di accrescere la suscettività a risentirsi del contagio."* Ceterum neutiquam contendo, ad typhum propagandum, rei frumentariae inopiam absolute requiri. Scio enim annonam non defecisse in epidemiis, descriptis a GRATIOLO (l. c. cap. 12. p. 28.), TREVIAO

angustae [118]), frigidae [119]), vigiliae [120]), animi dejectio [121]) habent, quotidianâ experientiâ confirmatur.

(l. c. cap. 1. p. 7.), ROBORETO (l. c. cap. 1. p. 3. cap. 5. p. 45.), RAMAZZINI (l. c. §. 37.), OMODEI (l. c. p. 402.) etc.

117) Ipse OMODEI (l. c. p. 392.) concedit: *L'impulizia può bensì prestar occasione al contagio di appiccarsi e mantenersi illeso . . .*"

118) Ceterum jure monet OMODEI (l. c. p. 393.), casus illos terribiles mortis militum, in angustissimis locis reclusorum, qui a ZIMMERMANN (*Von der Erfahrung in der Arzneykunde. Zürich* 1763. 1. *Th.*) aliisque narrantur, potius ad *asphyxias* quam ad typhum spectare.

119) „*Intorno alla mancanza del combustibile, diremo non esser ella capace d'indurre la macchina a generare il contagio, ma poter bensì prestare occasione alla sua propagazione e conservamento . . .*" (OMODEI l. c. p. 399.). Pulchre THIENE (*Storia del tifo etc.* p. 23.): „*Io credo che dopo l'affollamento nessun' altra causa tanto influisca allo sviluppo o mantenimento dell' epidemie petecchiali, quanto il freddo.*"

120) Tempore quo nosocomii Vindobonensis civici eram medicus primarius, senex hic janitoris officio fungebatur. Vir iste, dum medicis secundariis in nosocomio habitantibus, noctuque tarde redeuntibus, januam aperturus lectum deserere cogeretur, morosus eos paucis, sat eloquenter, alloqui solebat verbis: „Quaeris sane febrem nosocomialem?"

121) Ex observationibus (LINDII (l. c.), LARREYI (*Mémoires de Chirurgie militaire. Vol.* 2. p. 321. *Vol.* 3. p. 19.), JOHNSONI (l. c. p. 71. 74.) aliorumque elucet, quantum inter classes et exercitus animi dejectio morbis viam sternat, quantumque status illi oppositus

matur. Exspectaretur, etiam atmosphaeram, paludum miasmate inquinatam, contagii typhodis vim secundare posse; at nihil magis a veritate alienum: data nimirum occasione, typhus (saltem intra Europae confinia) paucissimis concessis exceptionibus [122]), aequo modo, quocunque in loco [123]) et climate [124]), nec non omni anni tempore

eos avertat. Primum libenter concedendo, alterum tamen respectu contagiorum nego, verbis OMODEI (l. c. p. 554.) subscribens: *„Ad onta di questi fatti dinotanti la virtù delle offezioni dell' animo e dell' esercizio del corpo di fortificare l'individuo contro l'influenza delle cagioni morbose communi, dubitiamo però altamente se la stessa efficacia possegano di elidere l'azione del contagio.“*

122) Huc spectant observationes epidemiarum typhi, quae curriculum fluviorum sequebantur (TREVISO l. c. cap. 2. p. 10.), et aliarum, quae certis locis (etiamsi circumcirca grassarentur) parcebant. (ROBORET. l. c. cap. 8. p. 117.; — RAMAZZINI l. c. §. 26.).

123) *„Nel 1817. la petecchia non rispettò nè il monte, ne il colle, nè il piano, nè i siti umidi e asciuti, precisamente come venne osservato negli andati tempi.“* (OMODEI l. c. p. 567.). Contendit quidem HILDENBRAND (l. c. p. 123.): *„dass die Trockenheit der Atmosphaere der Verbreitung dieses Ansteckungsstoffes ungünstig, die Feuchtigkeit hingegen derselben äusserst günstig sey:“* at contrarium plane docet epidemia a. 1536. a FERNELIO descripta; de qua ait SCHNURRER (op. c. 2. B. p. 85.): *„In Frankreich konnten die Flüsse trocknen Fusses überschritten werden. Im-*

pore [125]), *dummodo annua* vel *epidemica constitutio concurrat*, propagatur. Exstat nimirum ignoti

mer noch breiteten sich in diesem Jahre die Petechien weiter aus."

124) Propria experientia plane sententiam confirmat, Omodei (l. c. p. 534.): *„L'esperienza dimostra, che la petecchia mena strage nel nord si bene che nel sud.*"

125) Epidemias typhodes descripserunt *vernales* — Palmarius (l. c. cap. 8. p. 892.); Dacianus (l. c. cap. 8. p. 30.); Willis (l. c. cap. 14. p. 113.); Treviso (l. c. cap. 1. p. 7.); Valcarenghi (l. c. sect. 3. cap. 1. §. 254.); Ludwig (l. c. Vol. I. P. I. p. 24. 26.); *aestivas* — Marsil. Cagnatus (l. c. p. 26. 27. 48. 49. 72.); Trocher apud Dall' Armi (l. c. P. I. p. 21.); Sarcone (l. c. P. 2. §. 314. 317. 351.); Valcarenghi (l. c.): *autumnales* — Gleyen (l. c.); Fr. J. Molitor et H. J. A. Mayr (l. c.): et *hiemales* — Roboret (l. c. cap. 12. p. 190.); Brandhorst (l. c. §. 1.), Hilscher (l. c. §. 10.); Weitbrecht (l. c. cap. 1. §. 1.), qui ultimus de typho epidemico, *Petropoli* mense Jannario grassante, loquitur. Accedit typhus Vilnensis 1813. a Sniadecki descriptus (l. c.), utpote qui maxime mense Jannario et Februario saeviebat. Similem ipse a. 1807. hieme observavi. Tunc temporis plus vice simplici videre mihi contigit rusticos, qui milites typho laborantes ad nosocomia vehebant, communique curru insidebant, contagii participes redditos fuisse. Poëtice hinc magis quam medice: *„Die Kälte . . . . bringet die Ansteckungsmiasmen in gar keine Wirkung und Thätigkeit. Sie schlummern; sie ruhen in der Kälte, weil ihr Führer und Geleitsmann abgeht . . . . sie frieren gleichsam aus, wie gewisse Pflanzen und Thierkeime.*"

ignoti quid [126]) in atmosphaera, aut in solo (verbo in rebus corpus humanum ambientibus), quod typhum quidem per se excitare minime valet, sed quod contagii sui propagationem modo arcet, modo secundat, idque utplurimum gradatim [127]) et juxta leges ignotas [128]). Prudentis igitur

(Hildenbrand l. c. p. 121.). Quum tempore hiemali, praesertim in regionibus septentrionalibus, noctes admodum longae sint, probaretur inde potius sequens ejusdem auctoris sententia (l. c. p. 124.): „*dass . . . die typhöse Ansteckung im* D u n k e l n *weit schneller als im* L i c h t *um sich greife*," quae ceterum sententia nullo directo experimento innixa est. Epidemiae typhi per *totum annum* durantes, notatae sunt a Ramazzini (l. c. §. 13.), Neucrantz (in Proëm.), Omodei (l. c. p. 562.). Concludit inde cl. vir: *che lo sviluppo della febbre petecchiale non abbia alcuna relazione causale nè accidentale colla stagione corrente . . . .*"

126) Ipse Schnurrer (l. c.) etiamsi ad nexum inter res, quae in natura praeter ordinem fiunt et morbos, inveniendum maxime pronus, tamen vix istam suam propensionem respectu ad typhum sequi potuit. Omodei fatetur (l. c. p. 385.): „*durante la nostra epidemia non sono occorse nell' atmosfera insolite alterazioni da star con quella in relazione di causa e di effetto.*" Idem contigerat in epidemiis descriptis a Gratiolo (l. c. cap. 11. p. 20.); Roboreto (l. c. cap. 8. p. 122.); Ramazzini (l. c. §. 39.) etc. atque a me observatis.

127) Docentibus id origine, incremento, acme et decremento epidemiarum typhi.

128) „*È superfluo stemperarsi il cervello per comprendere le occulte cagioni di cui si serve la natura per dar*

tur medici est, mediam viam inter illos, qui typhum ex sola constitutione epidemica, et illos, qui ex solo contagio repetunt, inire [129]).

§. V.

D i a g n o s i s.

Morbus sui generis.

1. Quamvis typhus chamaeleonis instar aspectum mutare soleat; nihilominus, quum omni tempore et loco certos, determinatos et constantes (a nebulonibus interdum simulatos [1])) exhibeat characteres; jure meritoque pro morbo *sui generis* declaratus fuit [2]). Qui characteres, in definitione generatim expressi [3]), nunc speciatim ad

moto al singolare procedimento dei mali contagiosi." (Omodei l. c. p. 604.).

129) Pulchre Omodei (l. c. p. 586.): „*La conclusione più naturale, che emana dai proposti fatti è adunque, che il contagio non ha forza assolutamente infettante, ma che ha d'uopo di un' altra cagione che disponga la macchina a sentirne l'impressione.*"

1) Nebulonum globum, carcere inclusum, typhum simulasse, medicumque primùm in errorem duxisse, legitur in: *Nürnberger Correspondenten von und für Deutschland* 1822. No 194. et in Henke's *Zeitschrift für die Staatsarzneykunde.* 4. *Jahrgang* 1824. p. 213.

2) Hildenbrand l. c. p. 9. („*eine selbstbeständige und specifische Krankheit.*"); Omodei l. c. p. 65. („*perciocchè una forma morbosa che constante si mantenga sotto tutte le possibili influenze esterne, non ha bisogno di più per essere sollevata alla dignità di forma specifica.*").

3) §. I. No. 1.

ad trutinam vocandi, cumque illis aliorum morborum similium comparandi sunt.

2. Ad *febrem* quod spectat, quamvis nonnunquam in typho tales observentur remissiones, ut de febre intermittente *subcontinua* suspicio oriatur [4]); tamen vera illius indoles non ita latet, ut detegi attentiore indagine non possit [5]), idque imprimis juxta Burserii monita [6]). Interea posse febri intermittenti typhum supervenire, idem

Distinctio a febre intermittente.

4) §. II. No. 2. (11.).

5) „Nec tamen sese prorsus ita abscondere noverat illa (febris petechialis) unquam, quin aliquam subesse fraudem suspicio, aut metus foret, quidque mali moris, ac re ipsa diversum vel intermissionis vel remissionis die appareret. Alii namque de immani capitis dolore, alii de ingenti aestu, ac totius corporis lassitudine conquerebantur. Quidam siticulosi aderant et diu vigiles. Haud paucos gravis sopor, ut vix excitari potuerint, occupaverat, atque horum neminem salvatum memini.“ (Richa l. c. aph. 2.).

6) „Ad quae (verba Richae) si animus advertatur, et praeterea peticulae epidemicae oberrent, et lassitudines spontaneae processerint, et ea non defuerint, quae magnos morbos praenuntiare solent, et febris imprimis quotidianae duplicis typum teneat, quae alioquin rarissima est, nec perfecta atque indubia integritate potiatur, et accessionum reditus vagus, atque erraticus sit, aut certe non admodum ordinate et regulariter fiat, sudoresque non remissionem tantum subsequantur, sed totam accessionem comitentur, nec ea absolute prorsus desinant, nec satis lateritiae urinae respondere videantur; jam ab ipso initio cognosci pote-

idem summus vir docuit [7]), ac experientia nuper confirmavit [8]).

Distinctio a febribus catarrhalibus.

3. Narium siccitas, oculorum rubor, tussicula artuumque dolores, quibus stadium invasionis typhi stipari solet [9]), ejus cum *febribus catarrhalibus* confusioni ansam dederunt [10]). Confusio

rit, subdolam febri inesse naturam, neque antidoto Americano quidquam fidendum esse." (l. c. §. CCCXVIII.).

7) §. IV. No. 11. (105.).

8) *„Talvolta la petecchia complicavasi sin da principio colla febbre intermittente, e senza sovvertire il tipo periodico si lasciava vincere dallo specifico peruviano, precisamente come venne osservato da* Pinaroli *a Casal Pusterlengo e da* Borsieri *a Milano. In altri casi il miasma cedeva il campo al contagio e se ne stava delitescente finchè, terminata la febbre petecchiale, mostravasi con febbre di vario tipo, sovente d'indole perniciosa, che pur richiedeva l'uso sollecito della china.*" (Omodei l. c. p. 127.).

9) §. II. No. 2. (5.).

10) Exemplo esto *febris* sic dicta *catarrhalis maligna Germanorum*, de qua Burserius (l. c. Vol. I. §. CCCCIV.). Praeterea quum tirones medicorum utplurimum diagnosin statui praesenti aegrotorum superstruant, errorem, typhum ingruentem pro febre catarrhali habendi, raro evitare solent. Mei hinc semper esse duxi, illorum attentionem ad sequelas talis erroris dirigendi. Eo enim commisso incrementum morbi, tantoque magis exitus illius funestus eidem tribuetur. Quid quod et sanato aegro, casui fortuito, non medico, gratiae agentur.

fusio hujusmodi respectu ad febres catarrhales *insolitas*, utpote quae capitis dolore, temulentiâ, vertigine, viriumque jacturâ ingruunt [11]), veniâ digna est, idque praesertim in primo epidemiae limine. Nec auctoribus, quibus aut typhum complicatione inconsueta catarrhali stipatum, aut febres catarrhales in nervosas transeuntes, nomine *febris catarrhalis petechialis* seu *malignae*, insignire placuit [12]), id omnino vitio vertimus. Damnamus autem eos, qui omnem febrem, quatenus symptomatibus coryzae et catarrhi ingruentem, ideo mox pro catarrhali declarant, quin prius rationem habeant affectionis capitis, sensuum,

11) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. de febribus catarrhalibus.
12) Dern diss. de febri catarrhali petechizante superioribus annis infesta. Giess. 1732.; — Goelicke diss. de febre catarrhali petechizante, nunc epidemice grassante. Francf. 1741. — Büchner diss. historia et duratio febris catarrhalis inter milites epidemicae. Erford. 1745. — Fr. Hoffmann med. ration. syst. T. IV. sect. I. cap. X. (Febris epidemica exanthematica seu catarrhalis). — Juncker consp. med. theor. Tab. LXXII. (Febris catarrhalis maligna petechizans). — Ludwig instit. med. clin. P. I. cap. 1. subsect. 2. §. 120. (Febris catarrhalis maligna). — Ellerus obs. de cognosc. et curand. morbis. Sect. VI. p. 89. (Febris catarrhalis maligna cum vel sine exanthematibus apparens). — Neifeld rat. med. P. I. subsect. VI. p. 101. (Febris catarrhalis maligna). — Bianchini *Lettere med. prat.* (Febris petechialis spuria seu catarrhalis maligna).

suum, virium, exanthematum, habitusque aegri, aut, quod multum valet, quin examinent, utrum forte aegrotus occasionibus contagium suscipiendi sese exposuerit. Ceterum non ignorandum, symptomata catarrhalia typho alioquin propria, nonnunquam vel a constitutione annua, vel a conditione aegrorum peculiari, incrementum capere. Hujusmodi typhi *complicationem catarrhalem* praecipue inter milites, rusticos aliosque homines vicissitudinibus atmosphaerae et contagio *simul* expositos, observavimus. Attollitur illa haud raro ad phlogoseos (*bronchitidis*) gradum.

Distinctio a febribus inflammatoriis. 4. Praeterea, quocunque in typhi stadio [13]) talia apparere possunt symptomata inflammatoria, ut praesentiam *febris inflammatoriae* jurejurando affirmares. Loquimur de calore cutis, rubore faciei, pulsu magno, vibratione carotidum, proclivitate ad haemorrhagias, corio sanguinem cooperiente, siti, urina profunde tinctâ et alvo clausâ. Sicuti enim venena narcotica, praesertim opium, belladonna, fumus carbonum, statum corporis humani inflammatorium excitare queunt; ita et contagium typhodes (ne de illis variolarum, morbillorum et scarlatinae dicamus). Ast status iste inflammatorius a typhi contagio excitatus, toto coelo ab illo febris inflammatoriae genuinae differt. Hanc etenim methodus antiphlogi-

13) Cera (l. c.) praeprimis docuit: statum inflammatorium a „*morbo jam adulto*“ non esse alienum.

phlogistica rite adhibita auferre, illum autem, felicissimo in casu, duntaxat temperare valet: quo praeterea in opere periculo, morbum per virium dejectionem graviorem reddendi, circumdamur. Quamobrem si forte initium typhi pro simplici febre inflammatoria habueris, quamprimum methodus antiphlogistica consuetos salutares effectus recusat, ad facilem in diagnosi errorem cogita, idque potissimum si typhus alioquin grassetur. Hujus morbi *complicatio inflammatoria* ex supra allatis signis eruitur, quae eo majoris sunt ponderis, quo junior aegrotus, quoque magis illius conditio et modus vivendi, insimul cum annua constitutione, morbis inflammatoriis favent.

5. Summâ autem attentione *complicatio typhi cum inflammatione viscerum* digna est. Ea enim locum obtinente, typhus a consueto curriculo deflectere, aliudque anomalum inire, atque medicos, imperfecte edoctos, in errorem ducere solet. Laus igitur auctoribus, qui memorabilem istam doctrinae partem prae aliis illustrare conati sunt [14]). Typhus praecipue cum inflammationibus

Typhi cum inflammatione viscerum complicatio.

14) Wedemejer l. c. — Hildenbrand l. c. p. 84 — 110. — Horn l. c. p. 50. — Pagenstecher *pathologisch-therapeutische Darstellung eines typhösen Fiebers mit localen Entzündungsaffectionen, besonders des Unterleibs.* In: Harless *Rheinisch-Westphälische Jahrbücher für Medicin und Chirurgie. B. 12. St. 1.* p. 130.

bus societatem init, A) dum in aegroto evolvitur, qui vel ob morbos praegressos, vel ob peculiarem corporis sui structuram, vel ob vitium hereditarium, viscere uno alterove peculiari ratione ad phlogosin disposito instructus est; B) dum contagii vis, ab illa aliarum caussarum, jam per se ad phlogoses excitandas idonearum, sustinetur, e. c. a solis aestu, a liquorum fermentatorum potu, ab erroribus in diaeta, ab animi pathematibus, a vigiliis, a motu nimio, a frigore [15]), a prava medendi ratione; C) dum annua vel epidemica constitutio visceri alicui insidias struit et maxime; D) dum plurimae istarum caussarum invicem conspirant. Inflammationes typho complicari solitae potissimum ex *necroscopia* [16]) elucent. Addi debent *parotitis* [17]) et *cynanche* [18]), quae ultima dum occurrit, latentis *scarlatinae* suspicio non omittenda [19]). Inflammationum autem typhum concomitantium diagnosis neutiquam facilis est. Praeterquam quod

15) Sic frequens gangraenae pedum complicatio cum typho, inter milites a defatigatione et a gelu potissimum oriri videtur.

16) §. III. No. 2. (16. 19.). No. 3. (26.). No. 4. (30. 33. 41. 42. 43.). No. 5. (47. 57. 62. 65.).

17) Salius Diversus l. c. cap. 12. p. 95. — Riverius l. c. lib. XVIII. Sect. 3. cap. L.

18) Ramazzini l. c. §. 20. — Rogers l. c. p. 7.

19) Talem suspicionem mihi praesertim typhi epidemiae a Valleriola et Ingrassias descriptae, movent.

quod hujusmodi inflammationes (praecipue quoniam aegroti de proprio statu rationem reddere nequeunt [20])) saepe plane occultae sint [21]); etiam signis singulatim perpensis minime fidendum. Caveas praesertim, ne ex *dolore* ad inflammationem concludas: ille enim capitis in plurimis typhi epidemiis summus fuit, quin encephalon vel minimum phlogoseos indicium exhibuisset [22]). Nec certius signum *laesio functionum* exhibet; nam e. c. respiratio difficilis in typho sine omni inflammatione pulmonum observata est [23]). *Rubor* saepius non nisi effectus *congestionis*, cum phlogosi haud confundendae [24]). Nil sane mirum, si sub typhi curriculo eadem prorsus

20) „*Besonders häufig war die Entzündung der Lungen; welche jedoch schwer erkannt wurde, wenn sie nicht vollständig entwickelt war. Die grosse Verletzung des Gemeingefühls setzte den Kranken ausser Stand, auf die Local-Entzündung in den Respirationswerkzeugen zu reflektiren. Man durfte daher keine Klage über die schwere Respiration, Beklemmung, Stiche, Schmerzen u. s. w. erwarten,*" (Horn l. c. p. 50.).

21) Coyttarus l. c. cap. 22. p. 334.

22) §. III. No. 2. (24.).

23) A Roboreto (l. c. p. 165.). Egregius vir respirationis difficultatem ex encephali vitio exque cordis debilitate repetebat.

24) Objectum istud pathologiae generalis, respectu ad typhum pulcherrime dilucidavit Barker (l. c.) praeeunte Macartney.

prorsus phaenomena in reconditis corporis humani partibus contingant, quae in cute locum obtinent, videlicet exhalatio humoris serosi, ecchymomata, furunculi, vesiculae et gangraena. Quodsi haec non semper ad phlogosin revoces, cur illa? — Medici hinc prudentis est, symptomata quae ad typhum proprie pertinent, ab illis inflammationum accidentalium distinguere. Ad missâ praeterea talis inflammationis accidentalis praesentiâ, esto memor, non omnes phlogoses ex diathesi pullulare inflammatoria [25]). Ante omnia autem *ipsae inflammationes viscerum* a *typho*, cum quo interdum similitudinem alunt, distinguendae sunt, ut in capitibus de *encephalitide* et *peripneumonia* docemus [26]).

6. In-

25) In morbo tantâ virium jacturâ stipato, ut in typho, symptomata phlogoseos ex *atonia* quoque oriri posse, verisimile est. Inter recentiores hoc argumentum pulcherrime lustravit Wilson Philip (*a treatise on fevers including the various species of simple and eruptive fevers.* 4. *edit.* *Lond.* 1820. *Pref. p. VII.*).

26) Interea Omodeii hoc de argumento verba (l. c. p. 366.) in medium proferre non nocebit: „*Le pleuritidi vedute da* Pietro Bairo (Novum ac perutile opusculum de pestilentia. Taurini 1507.) *intorno al* 1507, *in Piemonte, contagiose per modo che ne morivano sex aut octo, vel plures in una domo in modico tempore erano incontrastabilmente febbri petecchiali accompagnate da flogosi polmonale; e della stessa natura le peripneumonie maligne epidemiche ricorse a Venezia e d'intorno nel* 1535. (N. Massa l. c. Tract. 3.

6. Invasio typhi cum sapore oris depravato, nausea, vomitu; item diarrhoea et meteorismus serius accedentes, confusionem illius cum *febribus gastricis* facillimam reddunt; inprimis si istiusmodi febres exanthematibus stipantur. Immo in ea versamur opinione, fautores doctrinae gastricae, typhum nomine febrium praesertim biliosarum descripsisse, illorumque adversarios oppositum errorem commisisse. Ex hoc ultimo errore verosimiliter pars observationum, de mitissimo adeo typho, ut aegroti extra lectum versari potuerint, pullulat [27]. De quo argumento, aliam quaestionem includente plura infra [28]. Hìc meminisse sufficiat, nil magis ad *typhum* a *febribus gastricis* distinguendum conducere, quam caussarum investigationem. Quodsi contagii vestigia desint, ingluvies praegressa sit, aut anni tempus et regio morbis viscerum chilopoiëticorum faveant, symptomata catarrhalia et affectio peculiaris systematis nervosi desiderentur, et febris gastricae symptomata etiam in provectiori aegritudine remissiones conspicuas retineant, qualiacunque ceterum adfuerint symptomata, morbum ad typhum *non* revocamus. Ipsum autem

Distinctio a febribus gastricis.

H 2 typhum

c'p. 3. p. 62.); *a Brescia nel* 1537. (A. MUNDELLAE epist. medicinal. etc. Epist. 16. p. 134.); *quelle toccate ad alcuni luoghi della Germania nel* 1565. (J. SCHENKII observat. med. rar. lib. VI. p. 773.) *etc.*"

27) PERCIVAL l. c. 28) No. 7. 8. et praesertim 10.

typhum saepe *complicationem gastricam* inire, haud miraberis, si perpenderis tum consensum qui cerebrum inter et ventriculum ac hepar exstat, cuique praecipue nausea et vomitus, typho familiares, tribuendi videntur, tum rationem victus hominum typho praecipue obnoxiorum, tumque affectionem membranae mucosae tubi alimentarii, huic morbo propriam, utpote digestionis negotium certe non promoventem. Inter omnes complicationes generis gastrici typho familiares, nulla tam frequens et memorabilis est, quam *verminosa* [29]), ex doctrina alibi tradita [30]) eruenda. Antequam vero qualemcunque demum complicationem gastricam in typho admittas, probe examina, utrum non lateat potius *phlogosis* cujusdam *visceris abdominalis.* Respice potissimum ad *lienitidem* [31]), cujus symptomata plura (epistaxis, vomitus, diarrhoea cruenta) facile directe a typho repetuntur. Altera ex parte caveas,

29) G. T. Dürr de febre continua maligna verminosa (Misc. acad. nat. cur. Dec. III. a. 5 et 6. p. 188.). — Fournier *sur une fièvre maligne vermineuse.* (*Mémoires de Dijon. T. 2. Hist. p. LXIX.*). — Hildenbrand (l. c. p. 98.) monet: „*Eine sehr gewöhnliche gastrische Erscheinung in diesem Fieber, sind jedoch auch die Würmer, und zwar eigentlich die Spuhlwürmer.*"

30) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IV. §. XXV.

31) „*Häufig war die Verwicklung mit Milzentzündung,*" (Horn l. c. p. 51.).

caveas, ne ex sola aegrorum flavedine illico ad *hepatitidem* concludas [32]).

7. Typhus, aliorum ad exemplum, a nobis quondam [33]), ad *febres nervosas* revocatus fuit: ac re quidem vera, cur febris, quae a caussa excitatur systema nervosum prae omni alio afficiente, quaeque a symptomatibus labefactationem tum generis nervosi universi, tum partium illius specialium [34]), indicantibus, stipatur, *nervosa* dici haud debeat, vix intelligitur. Altera vero ex parte, si concedatur, quod morbus urethrae, effluvio materiae purulentae stipatus, prout vel a contagio, vel ab aliis stimulis excitatur, in blennorrhoeam contagiosam et insontem dividi debeat; fateri quoque oportet, febres nervosas, a contagio ortas, ab illis, quibus reliquae caussae systema nervosum lacessentes ansam porrigunt, distinguendas esse. Re enim prope perspecta, Distinctio a febribus nervosis.

typhus

32) „*Die Section der am Typhus icterodes Verstorbenen zeigte in Hinsicht der Leber keine auffallende Abnormität.*" (Horn l. c.).

33) Videlicet in prima hujusmet operis editione.

34) R. Reid (l. c.) partes systematis nervosi in typho praecipue affectas prope designat. Conatus iste, debitos inter limites, laudabilis est, inprimis si ille veluti per conjecturam fiat. Utrum vero pars systematis nervosi praecipue affecta cognosci possit, ex conditione sanguinis, quippe affecto cerebro ad superficiem coccinea cum crusta, affecta medulla spinali ad superficiem reliquae massae concoloris et sero obducti, dubitare licet.

typhus nihil aliud est, nisi *febris nervosa specifica* [35]). Quodsi apud nos, quo loco *genus* febris nervosae exponitur, de typho ut *specie*, mentio injecta non est; hoc una de caussa coutigit, quod in ea versamur opinione, tantum morbum eumque *specificum*, qualis typhus est, tractatum specialem, aeque ac pestem aliosque hujus generis morbos, mereri. Ad lectulos aegrotorum distinctio typhi a febribus uervosis *secundariis* facilis erit. Hìc enim morbus praegressus, ex quo uimirum febris nervosa evoluta est, diagnosin satis illuminat. Nec arduum omnino erit, typhum a febre nervosa *primaria lenta*, sequentis tabulae ope distinguere [36]).

Febris nervosa lenta.	*Typhus.*
a. Homines graciles, systemate nervoso excitabili instructos aggreditur [37]).	a. Constitutioni corporis nulli parcet.
b. Caussas excitantes in sic dictis sex rebus non naturalibus agnoscit.	b. Caussa excitans coutagium est.

c. In-

35) Pulcherrime Hildebrand (l. c. p. 7.): „. . . *es trat auch der logische Fehler ein, dass anstatt den Typhus als Species zu den Nervenfiebern als Genus zu reduciren, umgekehrt alle Nervenfieber unter dem generischen Namen Typhus vorkamen.*"

36) Legi de hoc argumento meretur Omodei; licet opinionibus suis sub No. 5. 6 et 13. exaratis, non indiscriminatim subscriberem.

c. Ingruit et evolvitur sensim sensimque.	c. Invadit derepente.
d. Aegrotum vix ante septimum diem morbi lectum petere cogit.	d. Aegrotum ingruente morbo ad lectum affigit.
e. Remissiones plerumque sine ordine decurrentes habet.	e. Remissiones utplurimum regulares exhibet.
f. Nullis aut tardis exanthematibus stipatur.	f. Exanthemata plerumque ante finem primae morbi hebdomadis prae se fert.
g. Raro epidemica est.	g. Saepe epidemice grassatur.

Longe magis ardua est distinctio *typhi* a febribus nervosis *primariis acutis*, inprimis *stupidis*. Ad illam impetrandam solitae tabulae diagnosticae vix sufficiunt; ex unis enim symptomatibus, quippe nil aliud nisi symptomatis nervosi labefactationem indicantibus, character specificus morbi vix emergit, et dum ad hoc auxilium ex aetiologia petitur, periculo in petitionem principii incidendi circumdamur [38]).

Febris

37) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 6.

38) Tentaminis diagnosin febris nervosae simplicis et febris typhosae, ope tabulae illustrandi auctor est Hildenbrand (Ratio medendi in schola practica Vindobonensi. Pars altera. Viennae 1814. p. 214.). Verum hoc in tentamine res, quae prius demonstran-

Febris nervosa primaria acuta.	*Typhus.*
a. Symptomata prodroma ad nonnullos dies protracta agnoscere solet.	a. Cito evolvitur.
b. Raro symptomatibus catarrhalibus stipatur.	b. Fere constanter cum symptomatibus catarrhalibus ingruit.
c. Ruborem oculorum provectiori in morbo exhibet.	c. Ruborem oculorum primis morbi diebus socium habet.
d. Ex caussis solitis febrium explicari potest.	d. Solum ex caussa insolita, contagio, explicatur.
42) „*Dieses Institut soll daher seine eigenen Krankenwärterinnen haben.*" (Hildenbrand l. c. p. 272.).

43) „*Man besuche diese Kranken niemals, wenn man noch nüchtern ist.*" (Horn l. c. p. 167.). „*Ueberdiess soll man nie mit nüchternem Magen, nie mit nasskaltem Körper einem derley Kranken sich nähern.*" (Hildenbrand l. c. p. 265.).

44) „*Aerzte, Chirurgen und Prediger müssen sich während des Besuchs ansteckender Fieberkranken eines Mantels von Glanzleinwand bedienen.*" (Horn l. c. p. 167.).

45) *Man soll immer am Krankenlager die Nase fleissig ausschneutzen und den Mundschleim sorgsam ausspucken.*" (Hildenbrand l. c. p. 265.). Ex solo peticularum intuitu, inscius jam exspuere incipio, tantam longa consuetudo associationem illas maculas inter et organa mea salivalia produxit.

46) „*Nicht zu rathen ist der Gebrauch des Schnupftabacks während des Krankenbesuchs.*" (Horn l. c. p. 168.).

inter aegrotos typho adfectos (aut inter cadavera inde defunctorum[47])), diutius quam absolute requiritur, protrahant [48]). Ceterum abstineant ab antidotis calefacientibus [49]), quippe inutilibus; vivant juxta consuetudinem [50]), persuasique sunto,

47) „*Die Obduction der Nervenfieberleichen muss in freyer Luft und vorsichtig gemacht werden.*" (Horn l. c. p. 167.).

48) Semper observavi typhum diligentissimos meos discipulos prae aliis elegisse. Cfr. Horn (l. c. p. 166.), Hildenbrand (l. c. p. 264.). Praeterea omni sub respectu vituperanda est consuetudo, qua in clinicis institutis medicis discipuli ob defectum *atrii*, ipsa aegrorum cubicula pro conveniendi loco eligere coguntur. Molestantur inde in genere aegroti, juvenes medici in familiaritatem sexus alterius ibi decumbentis veniunt et alumni, peculiarem aegrotorum curam habentes, in eorum perturbantur examine. His duntaxat alumnis venia, ante professoris adventum cubicula aegrorum adeundi, concessa erat in clinico meo Vilnensi.

49) Tantum enim abest, ut roborando typhum semper praepediamus, ut potius quandoque venaesectio scopo prophylactico inservire possit, teste Luuwio (l. c. Vol. I. Part. I. p. 61.). Hornium tincturam aromaticam ceu prophylacticam commendare potuisse (l. c. p. 265.) miror. Miror quoque eundem balnea tepida commendare (ibid.). Nec subscribo Hildenbrandio dicenti (l. c. p. 265.): „*Es ist immer besser etwas Wein oder Branntwein . . . zu sich zu nehmen.*"

50) „*Es ist nicht zweckmässig während der Dauer der ansteckenden Nervenfieber-Epidemieen in der gewöhn-*

to, homines, qui ex officio ad intimum cum aegris typho laborantibus commercium coguntur, a contagii periculo immunes reddi neutiquam posse. Nos saltem typhum nosocomialem pro inevitabili tributo hujusmodi hominum habemus. Adeant igitur nosocomia virtute, quae viros munere publico fungentes decet, atque exemplum a militibus, aggeres tormentis munitos intrepide aggressuris desumant, sperentque postremo in DEUM maximum.

Cautelae respectu domiciliorum.

18. Quaeritur utrum aegrotis typho adfectis curam *domi* absolvi, permitti possit, nec ne? Permitti utique potest, ubi talis est aegrotorum hujusmodi conditio [51]), ut 1. proprium cubiculum, alterumque contiguum pro custodibus habere possint; 2. ut bini saltem custodes (vel ex aegroti propinquis et necessariis desumti vel mercenarii) adsint, omni commercio cum aliis hominibus

lichen Lebensweise bedeutende Abänderungen zu treffen." (Horn l. c. p. 169.).

51) Omodei (l. c. T. II. p. 123.) sequentes stabilivit conditiones: „1° *Di avere nella propria casa almanco due camere isolate da destinarsi esclusivamente ad uso del malato;* 2°. *Di avere due persone disposte a rimanersene con lui sequestrate, sino alla terminazione della malattia in salute o in morte;* 3°. *finalmente di possedere mezzi pecuniari sufficienti per sostenere le spese della malattia, e delle guardie, da eleggersi dal municipio, le quali, giorno e notte, vegliar dovevano al mantenimento della contumacia.*"

nibus valedicentes; 3. ut, exceptis nonnisi medico et chirurgo, unicuique aditus ad aegrotum custodesve praepediri possit; et 4. ut modus expensis satisfaciendi non desideretur. Praeterea januae aedis, inscriptio praesentiam aegroti typho laborantis indicans, affigenda.

14. Quum urbes minimae et pagi utplurimum nosocomiis destituti esse soleant, altera accedit quaestio: *num aegroti typho decumbentes*, qui juxta allatas conditiones, in propria manere non possunt habitatione, *ad nosocomia remota tuto transferri possint, nec ne?* Extant quidem exempla aegrotorum typho laborantium, qui quam primum sub itinere aëri libero exponebantur, mox melius se habuerunt; ast longe plura de eventu contrario testantur. Ac re quidem vera, quo pacto aegroti, typho, sudoribus, phlogosi pulmonis, cephalaeâ stipato, laborantes, pluviis vel nive cadentibus et borea spirante, currulo trusatili [52]) sine damno, plurima milliaria vehi possint, haud intelligimus [53]). Adde gravia animi

Nosocomia temporaria.

52) Motum corporis in febribus acutis in genere, et in typho in specie, damnum ferre, jure testantur M. Savonarola (Practica canonica. De febribus. Venet. 1552. cap. 9. rubr. 5. p. 43.), Mercurialis (De arte gymnast. lib. 4. cap. 7.), Screta (l. c. sect. 3. cap. 3. p. 295.), Lang (l. c. §. XI.), Armstrong (l. c. p. 98. 235.), Omodei (l. c. T. II. p. 128.) aliique.

53). „*Se il trasportare un malato aggravato, sopra un letto di Procuste, e per la spazio di molte miglia, in*

animi pathemata, quae aegroti, mentis compotes, experiri debent, ubi tempore, quo propriae habitationis pretium quammaxime percipi solet, vi e suorum sinu ad dissita ignotaque loca trahuntur, manibusque mercenariorum traduntur. Perpende simul conditionem parentum, affinium et amicorum, conatusque eorum, aegrotum curae magistratus subtrahendi [54]). Nec satis! Et periculum, cui vecturarii exponuntur, computandum est. In quavis itaque minima urbe et quovis in pago, nosocomio stabili destitutis, *domus* inveniatur, in qua, epidemiâ typhi aut aliâ simili sese manifestante *nosocomium temporarium* erigi queat [55]).

ore per lo più notturne, attraverso a strade cattive, esposto alle pioggie, ai venti e a tutte le intemperie: e altronde il trasportarlo col mezzo di persone che si fermano in tutte le osterie e che non si guardano dal comunicare con quanti incontrano, e quindi dal propagare il contagio: un tale trasporto cozza direttamente coi principj di carità e di pubblica igiene." (Thiene bilancio etc. p. 43.). — „*Nell' epidemia Lombardo non furono rari i casi d'infermi morti viaggiando, o portati agonizanti negli spedali, e ancor freme l'umanità a ricordare che 31 petecchiosi miseramente perirono nel viaggio per essersi dal condottiero smarrita la strada che dovea condurli all' ospedale.*" (Omodei l. c. T. II. p. 131.).

54) „*Nè mancarono esempj di madri, che trafugavano in campagna il figlio per salvarlo dalle ricerche dell'. Agente communale e del medico.*" (Omodei l. c. T. II. p. 127.).

queat [55]). Ubi talis domus desideraretur, praesto saltem sunto ligna, ita secta et scalpta, ut illorum conjunctionis ope extemplo *tugurium* eidem scopo dicandum, construi possit [56]). Adminicula hujusmodi in quovis pago ita pro casu morbi epidemici, ac syphones incendiarii pro casu incendii, parata esse deberent. Quoad nosocomii temporarii ordinem internum, pro viribus, praeceptis jam traditis [57]) obtemperandum. Aegrotorum

55) „*I risultamenti che si sono ottenuti dai Depositi comunali fatti sapientemente erigere dall' I. R. governo sul principiare del* 1818. *ne' paesi della provincia di Milano in cui la petecchia ferveva ancora sotto la forma epidemica, aggiungono il suggello della sperienza ai proposti vantaggi, politici ed economici, delle infermerie speziali di cui si ragiona.*" (Omodei l. c. T. II. p. 136.). Ipse infra (p. 140.) testatur in nosocomiis majoribus urbium, inter centum aegrotos typho laborantes *decimum quintum* vel *decimum septimum* mortuum esse, in parvis vero ruralibus duntaxat *quintum*.

56) De utilitate nosocomiorum temporariorum in *tuguriis* (*Barraques*) institutorum legatur: Brocklesby *oeconomical and medical observations.* *Lond.* 1764. *Part. I.* p. 66. 69. 75.), Cumino (*the naval, military and private practitioner amanuensis* p. 40.), Dewar (*observat. on diarrh. and dysent. Introduct.* p. 12. 13.), Omodei (l. c. p. 134.), *the Edinburgh Review March.* 1819. p. 436. — et Froriep (*Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde.* 4. *B.* 1823. *No.* 4.).

57) No. 12.

rum affinibus vices custodum agere, conceden dum foret; non neglectâ ante exitum purificatione, in loco huic negotio speciatim dicato consultoque instituto suscipienda.

Cautelae tempore belli.

15. *Tempore belli*, praevia conventione inter partes belligerantes, id impetrari posset, ut *nosocomia militaria* mutuo sacrosancta declararentur. *Bello capti*, ut humanitas exposcit, tractandi [58]). Si in illorum debito modo ordinando commeatu [59]), febris indicia quis manifestaverit; is illico a sanis separandus et ne pergat praepediendus [60]). Omnis communicatio cives inter et capti-

58) *„Wenn es daher nicht schon Pflicht der Menschlichkeit erheischte, für die Erhaltung der Gesundheit der Kriegsgefangenen, so wie für die Behandlung ihrer Krankheiten zweckmässig zu sorgen, so erfordert es doch das eigene Interesse, da durch die Vernachlässigung dieser Rücksichten eine Menge von Menschen in die grösste Gefahr versetzt werden."* (Horn l. c. p. 161.).

59) *„Machen höhere militärische Absichten den Transport der Kriegsgefangenen nothwendig, so . . . vermeide man den Transport zu Wasser bey kalter Jahrszeit, lasse, wenn solcher unvermeidlich seyn sollte, die Kähne gehörig bedecken, versehe sie unter ärztlicher Aufsicht mit hinreichenden Arzneyen und chirurgischen Bedürfnissen, und richte sich mit der Bestimmung der Stärke des Transportes für einen Kahn nach der Vorschrift des Arztes bei dem Transport zu Lande."* (Horn l. c. p. 162.).

60) *„Es ist daher gefährlich kranke Kriegsgefangene weiter zu transportiren."* (Horn l. c. p. 162.).

captivos impedienda [61]). Tandem summa cura habenda, ne, ubi urbes munitae, quae diu obsessae erant, hostibus traduntur, commercium inter obsessos et oppugnantes illico locum obtineat, et victores illas urbes praepostere occupent [62]). Generatim castra, quo crebrius id fieri potest mutanda sunt [63]).

16. Quum *aqua* et *calor* vim, quodvis contagium delendi habeant, nil sane mirum, si adversus typhi contagium quoque in usum ducantur [64]). Vapores et fumus inde eliciti, quippe conta- Res purificantes.

61) „*Bey dem Transport zu Lande* *vermeide man so viel als möglich die Berührung mit dem Publicum, lasse das Stroh, auf welchem die Kriegsgefangenen während des Transportes lagen, verbrennen, die Wagen, auf denen sie lagen, mit kaltem Wasser sorgfältig abwaschen, und sorge zugleich dafür, dass jene da, wo sie übernachten, nie bey den Bewohnern des Ortes einquartirt, sondern in einem dazu angewiesenen Locale von hinreichender Grösse unter strenger Aufsicht übernachten.*" (HORN l. c. p. 164.).

62) Hujus generis cautelam a. 1813 — 1814 in *Silesia* summo cum fructu adhibitam fuisse, HILDENBRAND (l. c. p. 283. in nota) testatur.

63) „Si autumnali aestivoque tempore diutius in iisdem locis multitudo militum consistat, ex contagione aquarum et odoris ipsius foeditate vitiatis haustibus et aëre corrupto perniciosissimus nascitur morbus, *qui prohiberi non potest aliter, nisi frequente mutatione castrorum.*" (FLAVIUS VEGETIUS de re militari. lib. III. cap. 2.).

contagio imbuti, hominibus adstantibus periculum inferre posse [65]), vanus videtur timor [66]). *Subfumigia* quidem *acida*, exceptis quodammodo *sulphureis* [67]), recentiorum suffragia minime collegerunt [68]), ast nulla sane alia ratione, quam quod nimia ab illis expectabatur virtus. Haec duntaxat in eo locata est, ut contagium in atmosphaerâ reclusâ suspensum, aut vestibus, linteis, utensilibus adhaerens, destruatur, neutiquam vero ut infectio *contactus ope* impediatur.

Apparatus purgationi dicatus.

17. Ad homines, lintea et vestes contagio contaminatos purificandos, *apparatum* requiri monui-

64) Trotter l. c. Vol. I. p. 179. — Omodei l. c. p. 80 — 90.

65) Lind *a dissertation on fevers and infection.* 2. *edit. chap.* 1. *sect.* 5. Prius cl. vir crediderat, fumum a contagio praeservare, quod falsum teste Campbell (l. c.).

66) Omodei l. c. T. I. §. 33. T. II. p. 85.

67) *Rapport du Bureau de Santé de l'Angleterre sur les moyens préservatifs des maladies contagieuses.* (*Ann. de literat. médicale étrangère. Vol.* 6.).

68) Johnson *the influence of the Atmosphere on the health and functions of the human frame.* p. 158. — Nysten in *Dict. des sciences médicales. Vol.* 8. p. 529. — *Annalen der Heilkunst. April* 1812. — Kopp *Jahrbücher der Staatsarzneywissenschaft.* 7. *B.* p. 416. — Hufeland's *Journal der practischen Heilk. November* 1818. — Speranza in: *Annali universali di medicina* 1817. *Settembre e Novembre.* — Omodei op. c. T. II. p. 26 — 31.

monuimus [69]). Consistat ille in balneo (vaporis si placeat [70])), in loco ad lintea lavanda, in cella fumaria (vaporis sulphurei aut alius similis ope) et in substructione tecti pro ventilatione [71]).

§. VIII.

Cura.

1. Quum typhus ita constitutus sit, ut praescriptum circiter curriculum percurrere debeat [1]), quumque nostra contra illum conamina parum An naturae committenda?

69) No. 10.

70) Rossorum more. Id praeterea boni balneum vaporis habet, quod simul *capillitium* purificetur. Huic parti in balneis consuetis peculiaris cura dicanda, ut scilicet simul lavetur.

71) Omodei (l. c. T. II. p. 101.) sequentia proponit: „*Questo espurgatoio sarebbe composto* 1°. *di una camera pel bucato; operazione, che per maggior sicurezza si potrebbe praticare con mezzi meccanici;* 2°. *di un secatoio, o camera da riscaldarsi con stufe o a vapore per far sentire una temperatura di* 30 *gradi di Reaum. alle merci dispiegate tutt' all' intorno, sostituendo, se così piace, un forno, o una gran botte da riempirsi di vapore acqueo, mediante adattati condotti di latta, che s'innalzino dal coperchio di due o tre caldaie disposto al fuori della botte stessa, da mantenersi in continua ebollizione;* 3°. *finalmente di una tettoia per distendere le robe all' aria. Chi avesse fidanza ne' profumi, nell' espurgatoio dovrebbe procurare un luogo apposito per assoggettare le robe, secondo il grado d'infezione, a* 24 *o* 48 *ore di fumicazione innanzi sottoporle agli altri purgamenti.*"

1) §. II.

parum valeant [2]); medici experientiae addicti, unanimi consensu stabiliverunt: curam illius morbi (dummodo simplicis et regulariter decurrentis), naturae committendam esse [3]). Tale prae-

2) §. VI. No. 1. (2).

3) Roboretus in morbo peticulari regulariter, pure et benigniter decurrente, *nullo medicamine* utebatur (l. c. cap. 48.). — In epidemia trienriali a Ramazzini descriptâ, optima omnium medicina fuit, *paucissimis uti medicamentis, et sinere*, ut morbus sua stadia decurreret absolveretque. Memoratu digna sunt illius verba (l. c. §. 30.): „Sic in hac febrili incursione omnibus remediis tum internis, tum exteruis parum proficientibus, satius erat *lente festinare* et humorum maturescentiam opperiri, *spretis querelis adstantium*, qui urgebant velis ac remis, ut dici solet, ingruenti tempestati occurrendum et prolatando magnas corrumpi opportuuitates, quibus adversis clamoribus medentes non nisi obsistere, intempestiva et incerta remedia praescribendo sibi e manibus victoriam eripi viderunt." — Richa asseruerat, transactis primis diebus nil utilius visum fuisse, quam *abstinere a remediis*, et prudenter cunctari (l. c. §. 23. 29.). — In peticulis a. 1758. Viennae Austriae grassantibus, ubi serum lactis non suffecit, ne alia quidem quaecunque remedia suffecerunt. (Störk ann. med. I. Aug. 1758. p. 20. 23.). — Pinarolus aegros solo sero lactis ab orci faucibus eripuit. (l. c.). — Nec minori felicitate *Cambierius simplicissimam adhibuit curationem*, qua omnes suos aegros servavit (l. c.). — Burserius postquam allata auctorum testimonia collegerit; „ego pluries, inquit, in hujusmodi morbo naturae efficacitatem admiratus sum; *vidique plus prudenter cunctando*, *quam*

praeceptum potissimum pauperibus [4]) et nosocomiis [5])

agendo profectum esse." (l. c. §. 353.). Et paullulum infra (§. 354.): „Ex his (§. 353.) manifesto eruitur, quam caute et circumspecte curatio peticularum ineunda sit, et quanti referat naturae obsequentem ae ministrum praestare, non dominum." — Medicos Germaniae, Galliae, Angliae et Scotiae ob felicitatem in typho curando celebratissimos morbum naturae committere, quinque circiter ante lustra enarravi. (*Reise nach Paris, London u. s. w. Wien* 1804. *Th.*2. p. 236.). Ab illo tempore ipse hanc methodum debitos inter limites, non sine successu secutus sum. (Acta instituti clinici Caesar. acad. Vilnens. a. I. II. III.). Immo in opere jam a. 1802. edito (*Erläuterungen der Erregungstheorie.* 2. *Auflage. Heilbronn.*) pro cura typhi contagiosi, potius methodum expectativam suasi. — Sic et Hildenbrand, qui fatetur (l. c. p. 178.): „. . . *der ansteckende Typhus wird gleich andern Ansteckungsfiebern* *sehr oft*, *ohne alle Hilfe der Kunst und der Heilmittel*, *durch blosse Thätigkeit der Lebenskräfte selbst geheilt. Ja er wird als einfache Krankheit immer auf diese Art überwunden.*" — Horn (l. c. p. 24.) ait: „*In der Regel bekommen unsere Nervenfieber-Kranken gar keine Arzneyen.*" — Omodei de typho Insubriae a. 1817. 1818. testatur (l. c. p. 175.): 3°. *che l'abondanza dei rimedj era superflua, e forse anco dannosa, stantechè non era in facoltà del medico di accorciarne la durata.*"

4) Divites periculosius decumbere quam pauperes, idque *partim* ob minorem horum intelligentiam respectu periculi, monui (§. VI. No. 2. (12)). Causa altera hujus immunitatis, defectui perversae vel nimiae curae

miis [5]) usu venire, liquet. Praeterea ex eo, quod natura in typho curando maxime valeat, ratio cur aegroti hoc a morbo detenti, sub methodis medendi omnino oppositis convalescere possint, intelligitur [6]). Altera autem ratio in diverso typhi genio

tribuenda est. Fassus est VALCARENGHI (l. c. sect. III. cap. 2. §. 342.): „In nosocomiis ideo, ubi libere magis agere mihi concessum erat, simpliciore hac methodo servata, citius ac tutius ab hoc morbo evasisse aegrotos utplurimum novi, paucis admodum adhibitis remediis. Hinc dicere semper soleo, *nobiles viros eo minus tuto, eo pejus curari, quo magis a simplicitate deflectens medicus illos multiplicibus* magisque pretiosis remediis curare coactus est." — Similiter TREVIRO (l. c. cap. 4. p. 15.), et ROBORETUS (l. c. cap. 1. p. 3. cap. 5. p. 45.) locuti sunt. — Nec KIDD (*Edinburgh medical and surgical journal. April* 1818.) perlegisse poenitebit, utpote qui fassus est infimam se populi classem, immunditiem et miseriam inter, facilius quam supremam, statu rerum opposito gaudentem, curare potuisse.

5) Elucet ex tabula a STOCKER edita (l.c. p 404.) quantum per introductam simpliciorem typho medendi methodum, expensae nosocomii, febribus contagiosis Dublinii dicati, decreverint, idque, testante BARKER (l. c.), decrescente simul funerum ratione.

6) Teste HASENÖHRL in epidemia Vindobonensi anni 1757 — 59, pharmaca antiphlogistica, stimulantia, tonica, excitantia, cardiaca, sudorifera, *vix non aequali sorte* adhibita fuere (l. c. cap. 3. p. 38.). — Idem quodammodo egregius ZECCHINELLI (l. c. p. 23.) fatetur. — Ipse ego sancte asserere possum, me *respectu ad mortalitatem* ex typho, vix differentiam inter

genio epidemico, illiusque cum aliis aegritudinibus complicatione posita est. Colligitur inde, praeceptum, curam typhi naturae committendi, cum grano salis intelligendum esse. Premitur illud nimirum permultis *exceptionibus*, quas nunc enucleare studebimus.

2. Ante tempus, quo methodo excitandi addictus eram (Cfr. *Beschreibung des Nervenfiebers, das unter den jungen Aerzten, welche die praktische Schule in Wien besuchen, gegen Ende des Jahrs* 1796. *geherrscht hat; nebst einigen Bemerkungen über die Behandlung des Typhus. Gedruckt in der Sammlung medicinisch-praktischer Beobachtungen herausgegeben von* WEIKARD. *Ulm* 1798.) et praesens, quo rem potius naturae committo, animadvertere. Quodsi nunc huic methodo prae aliâ in genere adhaeream, caussa in eo locata est, quod sub pharmacorum excitantium usu, eoque inprimis maturo, tales morbi exacerbationes contingant, quales sine illis minime observari solent. Interea probe notandum, me excitantia aut opium nunquam bestiali, quo plurimi ex aliis Brunonis asseclis usi sunt, modo adhibuisse. Quaevis profecto methodus citra sanae rationis limites usurpata, vires naturae, utut firmas et salutares, tandem opprimere poterit. Cujus generis exemplum haud dudum in methodo sic dicta *contrastimulante* habuimus. „*Nell' epidemia carcerale della stessa città di Vicenza del* 1812. (ait OMODEI l. c. T. II. p. 160.), *della cura blandamente stimolante l'anzi detto prof.* THIENE *non ebbe che la mortalità del* 15. *per cento* . . . . *All' incontro il prof.* RASORI *mandato a Vicenza per sovraintendere a quella epidemia, col metodo contrastimulante, perdè la metà degli infermi.*"

Expulsio contagii.

2. Ante omnia scias, homines sanos, vim contagii extemplo, ut indicavimus [7]), percipientes, *illius expulsionem* interdum *emeticis* [8]), aut *sudoriferis* [9]) moliri posse. Analogia quidem ex aliis contagiis (quippe quae a praeda, in quam saevierunt, donec morbus curriculum suum absolverit, non desistunt) petita id non confirmat, at confirmat experientia tum nostra [10]) tum aliorum [11]), eo saltem in casu, ubi ex defraudato usu

7) §. IV. No. 4. (27).

8) R. Pulveris radicis ipecacuanhae grana viginti, tartari emetici granum unum. M. cap.

9) R. Spiritus Mindereri, Roob sambuci ana uncias duas. M. cap. aegrotus (in lecto stragulis coopertus degens) mox dimidium, post horam quod reliquum est, superbibendo infusum fervidum aut theae viridis aut florum sambuci, addita in aegroto non plethorico, vini portione.

10) Pluries medicis et custodibus, qui sub ipsa visitatione aegrotorum typho laborantium, signa suscepti contagii exhibuerunt, emetico, dein sudorifero extemplo consului.

11) „Si morbus ex contagio ortus sit, ait Burserius (l. c. §. 358.), quantocius venenatum miasma, quod salivali latici adhaesit, aut altius ad ventriculum penetravit, aut inspiratione in pulmones adductum est, emetico medicamento expelli debet; deinde si quid ejus reliquum est, ut citissime per cutaneam exspirationem, aut sudorem omnino exhauriatur. *Sic plerumque in ipso ortu incendium extingitur.*" — Thiene (l. c. p. 92.) inquit: „*Io stesso confermai tale osservazione in varie costituzioni, specialmente in quella del*

usu vel emetici vel sudoriferi nihil timendum est. Emeticum feminae sensili, scopo contagium typhi vix susceptum elimiuandi porrectum, vomitum haud amplius sedandum, excitasse vidimus [12]). Aliàs ab illo, vomitus loco, diarrhoea molesta observata est [13]). Methodus sudorifera praepostere in aegrotis plethoricis adhibita, typho complicationem inflammatoriam et phlogoses addit.

Missio sanguinis generatim.

3. Etiamsi typhus per se *sanguinis missionem* neque postulet, neque facile admittat [14]); accidit

1806." Praeterea pater meus in epidemia supra allata Gernsbachensi in se ipso idem confirmavit. Cur HORNIUS observationes hujusmodi, propriis quoque sub oculis locum habentes (l. c. p. 108.: „*Einige Individuen, 3 bis 6 Krankenwärterinnen, welche sich einbildeten angesteckt zu seyn (obgleich selbes sehr zweifelhaft war) glaubten nach diesem Mittel sich schnell zu bessern*") in dubium vocaverit, mehercle non intelligo.

12) Ticini a. 1793. 13) HORN l. c.

14) Ex FRACASTORIO jam elucet, quid de generali in typho venaesectionis usu cogitandum sit. De epidemiis etenim annorum 1505 et 1528. agens inquit (l. c. lib. 3. cap. 6. p. 101.); „Sed nec minus circa phlebotomias controversia oriebatur, aliis protinus, et large sanguinem haurientibus, aliis nunquam volentibus secare venam, *quia vidissent majorem partem eorum, quibus secta fuisset, vitam finire.*" Nec prosperior fuit exitus a venaesectione in epidemia a RICHA (l. c. §. 36.) descripta. — SCRINCI (l. c. §. 1.) ait: „Venaesectionem non modo in omnibus febri maligna decumbentibus semel administrabant (id est medici

accidit tamen, ut sub ejusmodi morbi curriculo casus evolvantur, in quibus vita a debita vel *phlebotomiae* vel *cucurbitarum scarificantium* vel *hirudinum* applicatione pendeat: qua de re omnis aevi medici testantur [15]). Neminem vero inter

Galli), verum octies, decies et ultra, nempe saltem omni die semel, bis, si non ter et ultra longe, donec patiens spiritum exhalasset." Venaesectionum in typho damnum quoque ex observationibus WEITBRECHTII (l. c. §. 9.), BRANDHORSTII (l. c. §. 28. 29.), LUDWIGII (l. c. Vol. I. Part. I. p. 61.), LEPECQ-DE-LA CLOTURE (l. c. p. 98. 172.), HUXHAM (Const. a. 1742.) aliorumque multorum, elucet, quorum testimonia collegit THIENE (Bilancio p. 59 — 63.). BURSERIUS (l. c. §. 354.) sic auditur: „Generatim peticulae per se sanguinis missionem *non exigunt*, *neque facile eam ferunt*, nisi aliquid accedat, quod eam petat." Et HILDENBRAND (l. c. p. 195.): *„In vielen, ja gewiss in den allermeisten Fällen des ansteckenden Typhus ist der Aderlass . . . . . ein schädliches Mittel."*.

15) ODDI DEGLI ODDI l. c. lib. IV. cap. 15. p. 68. — FRACASTORO l. c. („Si corruptio in aliquo primo ensta fuerit, si vocatus fueris ad principia, tum secure venam incide, et sanguinem multum extrahe, si reliqua consentiant; quodsi post tertium diem, aut quartum solum accesseris, tum maturius consule: si tamen hominem sanguinis multi praecipue fibrosi prae manibus tibi sors dederit, etiam avide sanguinem haurire; nisi natura tentaverit expulsionem aliquam"). — VALLERIOLA l. c. lib. II. enarr. 6. p. 28; lib. IV. enarr. 3. p. 284. — SCHENK l. c. lib. V. p. 767. — DACIANO l. c. cap. XVI. p. 75. 77. cap. XXX. p. 127. — PETRUS A CASTRO l. c. sect. VI. §. I. („In pulicari

inter illos invenimus qui indicationes et contraindicationes, pro vario genere sanguinis mittendi, modo experientiae nostrae magis conformi statuisset, quam BURSERIUS [16]).

4. *Phle-*

igitur febre detrahendus statim sanguis est, per venam sectam, maxime quantum fieri possit ab initio. Est enim haec operatio tanti momenti, ut illa neglecta vix faustum eventum in hac febre vobis liceat sperare . . ."). — ROBORETO l. c. cap. XV. p. 241—43. — MARSILIUS CAGNATUS l. c. cap. VII. p. 54. 57. — BALLONIUS epidem. et ephemerid. Libr. II. Paris. 1640. Libr. I. p. 51. („. . . *habita semper virium ratione* in morbillis, variolis, immo et in peste possumus tuto detrahere sanguinem"). — SYDENHAM opp. omnia. Genev. 1716. Vol. I. p. 70. Vol. II. p. 513. — HASENÖHRL l. c. cap. III. p. 22. 24. — REIL memor. clinic. Fasc. IV. p. 191. — J. P. FRANK l. c. p. 137. — HORN l. c. p. 109. („*Eine Menge von Erfahrungen älterer und neuerer Zeit haben es ausser Zweifel gesetzt, dass das ansteckende Nervenfieber besonders im ersten Stadium der Krankheit, bei kräftigem und sthenisirtem Habitus, und bei Neigung zu entzündlichen Localaffectionen edler Theile den Gebrauch allgemeiner Aderlässe gestatte und fordere*"). — HILDENBRAND l. c. p. 196. („*Letzlich kann aber auch manchmal der Aderlass im Typhus und besonders im entzündlichen Zeitraum desselben ein erforderliches und wohlthätiges Heilmittel seyn*"). Venaesectioni praeterea favent medici Italiae epidemiam annorum 1817 et 1818. describentes (OMODEI l. c. T. II. p. 218.), et recentiores Angli, praecipue CLUTTERBUCK, ARMSTRONG, BATEMAN, A. DUNCAN, WELSH, MILLS, YULE etc.

Venaesectio.

4. *Phlebotomiam* magnus vir suadet, „si plethorae signa non desint, si aeger aetate floreat, si bono corporis habitu gaudeat, si pulsus validi, magni, duri, vehementes *vere* [17]) sint, si dolor capitis acutus, assiduus et pulsans urgeat [18]), aut respiratio difficulter ducatur, cum pectoris pondere, dolore pleuritico aut sputo cruento, et tussi sicca, molesta . . . . si faucium inflammatio phlegmonosa sit, deglutitionem laedat [19]) . . . aut quod pejus, spiritum etiam intercipiat.“ Adde, si haemorrhagiae spontaneae levamen afferant [20]), sique morbi inflammatori alio-

16) L. c. §. 355.

17) „Animadvertere vero oportet, pulsum quidem magnum et vehementem interdum *videri*, nec tamen plenum et durum esse, utpote qui facile pressioni se submittat et cedat.“ (Burserius l. c.). — „Neque pulsus solus, etsi magnus, quidquam significat, quia cito hic plerumque subsidet, ac deprimitur; et multo minus, si ipse in incremento duntaxat accessionum talis videatur, et postea magnitudinem aut robur omittat.“ (Idem, ibid. §. 356.).

18) „Neque quilibet capitis dolor, licet molestus, venaesectione eget, plerumque enim spasticus est, ac convulsivus, non a sanguinea congestione, aut phlegmone genitus.“ (Burserius l. c.).

19) Edinburgi a. 1733. grassata est febris peticularis, quae faucium inflammationem sociam habebat. Saluti fere omnibus fuit sanguinis missio. (*Ess. et observ. de med. de la société d'Edinburgh. T.* 3. p. 27. 28.).

20) In epidemia a Treviso descripta: „Aliquibus san-

alioquin stationarii sint [21]). Rerum positiones allatae phlebotomiam non sub uno alterove tantum stadio, sed *quovis morbi tempore* exposcunt [22]). „Sed tunc etiam moderata sit oportet et

guinis plurimum erupit, praecipue adolescentibus et adultis, quorum fere nullus periit, et venaesectio conduxit." (l. c. cap. II. p. 8.). DIEMERBROEK venaesectioni in peste non favens, illam in typho commendat (Lib. III. De peste. cap. 10. annot. 1.)- „Nos anno 1635, inqnit, in vehementissima pestilenti epidemia illnd ipsum experti sumus, nam . . . venaesectiones ter qnaterve, imo quinquies, sexies repetitae, ut et haemorrhagiae spontaneae criticae morbum optime solvebant, qui alioquin vix ullis medicamentis edomari poterat." Contra in illa a GLEYEN (l. c. §. 11.) enarrata, haemorrhagiae spontaneae damnum afferebant, et phlebotomia nocuit.

21) „. . . . nihil accommodatius, nihilque utilius est, quam exquirere, qninam morbi epidemicas peticulas antecesserint, aut adhucdum vagentur? Si enim antecedentium constitutio, caussaeque aliae proegumenae morbos induxerint inflammatorios, ejus videlicet generis, quibus sanguinis detractio convenist; probabile est diathesin sanguinis talem cum peticulis etiam tum complicari, quae phlebotomiam non modo ferat, sed exigat." (BURSERIUS l. c. §. 357.).

22) ROBORETUS jam contra praeconceptam opinionem, venaesectionem duntaxat primis quatuor typhi diebus adhibendi loquens: „*Quocunque*, inquit, *die* adsunt mittendi sanguinis scopi, virium scilicet robur, aetas et morbi magnitudo, vel saltem futura, sanguis mittendus est, *nullo dierum habito respectu*." (l. c. cap. XV. p. 250.). Ita CERA: In pessimis, sit, circumstan-

et parca, ne vires, quae imbecillae plerumque sunt, dejiciantur" [23]). Locus, pro venaesectione eligendus, brachium; aut, si caput maxime affectum est, vena jugularis [24]). Ex effectu primae venaesectionis, nec non ex conditione sanguinis, utrum haec operatio repetenda sit, nec ne, dignoscitur [25]). Caussa sanguinis mittendi nulla

tiis venaesectio visa fuit aliquam et insignem praestantiam habuisse. Gravissimis symptomatibus aegrotantes isti detinebantur, *morbo jam adulto*, ac praesertim comate somnolento, dirisque convulsionibus, omniaque incassum purgantia, antiseptica, revellentia, chirurgica ac pharmaceutica adhibita fuerant. Res certe eo erat deducta, ut satius esset anceps, quam nullum adhibere remedium. Ter audacter e jugulari septem vel octo cruoris unciis detractis, mirum in modum sopor, convulsio aliaque symptomata brevi remiserunt, aegri ab orci faucibus, ut aiunt, erepti sunt." (l. c.).

23) Burserius l. c. Medici qui rerum extremis delectantur, tale consilium irridebunt; ad me quod spectat illi toto animo subscribo.

24) Locus sauciatus emplastro adhaesivo cooperiendus, collumque fasciis *non* circumdandum.

25) M. A. Plenciz (*Abhandlung vom Scharlachfieber. Aus dem Lat. übers. von* J. P. G. PfluG. *Kopenhagen und Leipzig*, 1779. p. 157.) per transennam enarrat: *„Eine solche Fleckfieberseuche ging hier zu Wien in den Jahren* 1758 *und* 1759. *den ganzen Winter hindurch im Schwange. Dann die Kranken beklagten sich über gänzliche Mattigkeit, über verschiedene Flusszufälle und heftige Kopfschmerzen; der Puls war schwach*

nulla est contrariis oppositisque in rebus, potissimum si vires vitales praeter modum langueant, si lipothymia (a statu inflammatorio cordis et aortae non derivanda) crebro instet, si calor tum exterior, tum interior vix modum excedat, si aeger a praevia victus ratione, a laboribus animique pathematibus exhaustus sit, si peticularum color niger, lividus, aut viridis, sique genius generalis morborum regnantium phlebotomiae adversetur [26]).

5. Ubi

und im Anfange der Krankheit fast immer natürlich; wurde in solchen Fällen zur Ader gelassen, habe ich das Blut allezeit speckicht und sehr dick und zähe gesehen, aus welcher Ursache ich zwey zuweilen auch drey Aderlässen zu veranstalten pflegte, wodurch und nebst andern schicklichen Hitze dämpfenden Mitteln, ich zuwege brachte, dass beinahe alle, die meiner Sorge anbetraut gewesen, hergestellt wurden. Andere mit eben dieser Petetschenkrankheit Behaftete aber, denen nicht zur Ader gelassen worden war, wurden am fünften oder siebenten Tage schlafsüchtig und phantasirten, und am elften oder vierzehnten Tage kamen Convulsionen dazu und die Meisten starben." Pulchre iterum Burserius (l. c. §. 357.): „Summa rei totius in eo consistit, quod ubi bene tolerata est, ac profuit venae incisio, sanguis firmiori nexu cohaerebat; diffluebat vero solutus et laxus, ubi ex ea detrimentum acceptum est."

26) Si morbi qui antecesserant „fuerint gastrici, biliosi, colliquativi, uno verbo ut vocant putridi, et tempestas et aliae causae proëgumenae non defuerint, quibus scilicet sanguis depravatur atque ad dissolutionem, liquationemque provehitur, non sine caussa credi pot-

Cucurbitulae scarificantes et hirudines.

5. Ubi vero phlebotomiae indicatio non satis perspicua est, et capitis, colli, pectoris, et inprimis abdominis [27]) aut pelvis affectio inflammatoria, ut ei succuratur postulet; tutissime vel ad *cucurbitulas scarificantes* [28]), vel ad *hirudines* [29]), circa loca, cum partibus praecipue affectis

est, similem peticulis diathesin inesse, quae sanguinis missionem prorsus recusat, rejiciatque." (Burserius l. c. §. 357.).

27) Experientia edoctus sum, phlogoses abdominales in typhi curriculo evolutas, ceteris paribus rarius venaesectionem longeque saepius hirudines exposcere, quam illas encephali, colli et pectoris. Vidistis quoque Burserium, ubi de indicationibus pro phlebotomia in typho locutus est, phlogoseos viscerum abdominalium haud meminisse.

28) Ramazzini, Burserius, Trolli ll. cc. Nec cucurbitulae ad *scarificandum* requiruntur; sufficit nimirum *incisio venae singulae*, e. c. frontis. Venularum incisiones hujusmodi antiquis usitatissimae, defectui hirudinum supplent.

29) Salio Diverso evacuatio sanguinis in febri peticulari a. 1584. ope *hirudinum* ano admotarum adeo tuta erat, „ut etiam languentibus viribus in tali casu summa cum utilitate a prudente medico administrari possit . . . . vires, ait, quae conciderant, roborantur, pulsusque qui parvus et languidus erat, major statim ab hac evacuatione et vehementior factus est." (l. c. cap. 21. p. 175.). Atque ita vigente statu inflammatorio viscerum abdominalium et pelvis. Capite graviter affecto, idem Salius hirudines internae narium superficiei applicuit, asserens, „plurimos morti proximos et fere solo prognostico derelinquentes, ex hoc

fectis nexum habentia, debitos inter limites [30]), pro re nata repetendas, devenitur [31]).

6. In praescribendis sanguinis missionibus omnis generis, memores nos esse oportet, illas non ad *morbum* sanandum, sed solummodo ad *complicationem* abigendam inservire. Intelliges sic, ab illis, ubi scopo responderint, mox desistendum esse. Monitum.

7. Praeter *emeticorum* ad expellendum contagium De emesi.

unico remedio salvatos fuisse." (l. c. p. 215.). Et Roboretus: „in phrenitide ubi potissimum alicujus inflammationis jam confirmatae indicia adsunt, hirudines post aures applicitae, vel etiam venae frontis sectio adhibita plurimum conferunt." (l. c. cap. XVII. p. 334.). — Recentiorum pro usu hirudinum in typho testimonia adeo copiosa sunt, ut colligi nequeant. Sufficiat igitur Hornii in medium protulisse testimonium, qui ait (l. c. p. 115.): „*Häufig habe ich die Blutegel bey den entzündlichen Localaffectionen, dem leidenden Theil so nahe wie möglich appliciren lassen, und auch in diesen Fällen von ihrem Gebrauche den grössten Nutzen gesehen. Ich rechne hieher die Zufälle, welche eine Entzündung der Milz, des Kehlkopfs, des Magens, der Gedärme, Brusthaut u. s. w. wahrscheinlich machen.*"

30) Abutuntur hirudinibus, qui eas ant venaesectionis loco ant adversus dolores omnis generis, ant tantâ copiâ ut virium jacturam inducant, adhibent.

31) Indicationes pro evacuationibus localibus sanguinis in typho praeter allatos auctores etiam Trevisо (l. c. cap. 2. p. 8.) et X. Manettus (*Consulto con annot. e aggiunte.* p. 38. *Firenze* 1781.) statuere.

tagium usum [32]), iis in typho opus quoque est, si aut victus, quo brevi ante morbi adventum utebatur aegrotus, aut signa gastrica [33]), aut animi pathemata, potissimum ira praegressa, aut peculiaris demum annua constitutio, ventriculum saburram opplere, aut biliosam colluviem duodenum et hepar infarcire verosimile reddunt. Quo citius hac sub rerum positione complicatio gastrica abigitur, eo mitius decurrere solet morbus [34]), eoque potentius phlogoséos viscerum abdominalium evitatur periculum [35]). Debet complica-

32) No. 2. 33) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IV.

34) „*Man kann aus vielfältigen Beobachtungen darthun, dass ein im Anfange gegebenes, gutgewähltes Brechmittel, dem Typhus in seinem ganzen Verlaufe einen gutartigen Charakter eindrücke . . .*" (Hildebrand l. c. p. 188.).

35) Memorabilia hoc sub respectu sunt verba Morgagni (op. c. epist. LXVIII. 3.): „Ob malignam enim *materiae acrimoniam* ventriculum et intestina irritantem *inflammatio* demum illa *fiebat*, quae in visceribus reperta est." — Legitur praeterea apud Malouin: „*Le collège des médecins de Rouen decida que, . . . il falloit purger par haut et par bas . . . . écartant l'idée d'inflammation, qui ne subsistoit pas, ou qui n'étoit que accidentelle.*" Atque iterum Morgagni (l. c.): „Sapienter igitur atque utiliter medicorum Rothomagensium collegium non attendendam tunc inflammationem statuit, quae aut nulla initio erat, aut ex accidenti in progressu oriebatur: sed materiae acerrimae e primis viis educendae esse operam dandam :

plicationi illi et tardius occurri [36]. Quamvis enim persuasi simus, laudem emeticis nostro in morbo quondam tributam [37], partim ex illius cum febribus gastrico-nervosis seu putridis confusione ortum duxisse, et quamvis morem receptum nuperque approbatum [38], curam typhi vomitu celebrando inchoandi, praeeunte, inter alios, egregio medico [39], neutiquam approbare possimus; attamen emeticorum, sub rerum positionibus allatis [40] privationem aegerrime ferremus. Altera

ab hac enim si intus relinqueretur, irritationem permanentem multo magis, quam transeuntem ab evacuantibus praesertim mitioribus esse timendam."

36) Dico cum Hildenbrand (l. c. p. 189,): „*ich weiss sehr viele Fälle, wo ein noch in spätern Tagen (nach dem 3ten des Fiebers) gegebenes (Brechmittel) die vortheilhaftesten Wirkungen äusserte.*"

37) J. G. Grübel de febris malignae curatione per sola vomitoria. (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 5 et 6. p. 298.). — Chr. H. Schäffer diss. de vomitoriorum usu in febrib. malign. Duisb. 1792.

38) „*Es ist daher eine Art von rationeller Empirie, wenn im Anfange des Typhus die Brechmittel zu Hülfe gezogen werden.*" (Hildenbrand l. c. p. 188.),

39) Quarin method. medend. febrium. („Non certe in omni febre putrida ex contagio orta, ut quidam suadent, emeticum est porrigendum"). Cfr. Westphal diss. de limitandis laudibus vomitoriorum in febribus malignis. Gryphisw. 1775.

40) Quum in epidemia typhi a. 1813 — 14. rarius hujusmodi rerum positiones locum obtinuerint, non miror Hornium (l. c. p. 108.) fateri: „*Wenn ich die*

Altera ex parte sequentia monita sacra sunto: „Sed non omnis vomituritio saburram gastricam significat. Saepe enim in morbis exanthematicis, ut pluries admonui, vomitus ex nervorum irritatione est, et tum eruptione exanthematum facta, continuo sedatur. Interdum etiam ab aucto sanguinis motu per vasa ventriculi, aut ab ejusdem congestione, aut ab aliqua epigastrii inflammatione dependet. Utroque in casu emetica, ut manifesto patet, exulent oportet. Exulent etiam, si qua emetici usum prohibent, nec, ubi indicantur, in plethoricis propinentur, nisi praemissa sanguinis evacuatione" [41]).

De catharsi.

8. Quodsi intestina sordibus faecibusque bileque obruta sint, praeter *clysteres*, ad *catharsin* perveniendum. Haec quatenus ad complicationem gastricam auferendam inservit, aptissime primis jam morbi diebus instituitur; morbo enim magis provecto, purgatio effectus minus salutares portendit, nisi forte, capite graviter affecto, scopo revulsivo locum obtineat. Sub finem aegritudinis ad cathartica inprimis recurrere oportet, si ex peculiari genio epidemico, crisin per alvum typho familiarem esse constet [42]). Quacunque

Resultate dieser Beobachtungen zusammenfasse, so glaube ich den Brechmitteln für diese Fälle den Werth nicht beilegen zu dürfen, den man ihnen bisher ertheilt hat."

41) Burserius l. c. §. 358.

42) Tale exemplum epidemia Taurinensis a. 1720. exhibuit. „Profecto, Richa inquit (l. c. §. 23.), quot-

que e caussa catharsi in typho indulgeatur, cave, ne aut fluxum alvi (in quem aegri alioquin inclinare solent) aut statum inflammatorium tubi intestinalis [43]) (summopere timendum) excites. Hujuscemodi pericula aliter evitare vix poteris, nisi cathartica lenissima (*tamarindos*, *mannam*, *rhabarbarum*) exigua dosi, sive per epicrasin, porrigenda eligendo. A *salibus* autem *mediis*, utpote irritantibus, urinae secretionem promoventibus, indeque crisin per cutem impedientibus (quod etiam de *nitro* valet) abstinendum. Medici usum purgantium in typho generatim commendantes [44]) aut hypothesibus [45]), aut peculiari quadam epidemia [46]) obcoecati fuere.

M 2 9. Inter

quot ab hac febri fati ope, vel medici evasere (*haud paucos autem evasisse memini*) hosce utique omnes *sponte oborta ventris turbatio*, eaque critice ad perfectam usque judicationem recurrens, integre absolvit."

43) Hoc in casu purgantia „*non revellunt*, *sed fluxionem potius ad partem adaugent*." (Roboreto l. c. cap. XVI. p. 316.).

44) Strack l. c. — Hamilton *observations on the utility and administration of purgative medecines in several diseases. Edinb.* 1805. *Cap. I.* Habetur versio germanica hujus libri, juxta sextam illius editionem, operâ J. Müller, Lipsiae 1823. edita.

45) Strack utpote peticularum proventum ex primarum viarum cacochylia, et ex muco tenaci intestinis adhaerente repetens, ideo purgantia etiam validiora suadet. Burserius talem hypothesin et inde emergentem therapiam, uti decet, reprobat. (l. c. §. 358.).

Continuatio argumenti.

9. Inter cathartica complicationi gastricae typhi accommodata, et *calomel* commemorari meretur. Quum tamen *mercurius* typho non quadret 47), illum duntaxat *complicatione verminosâ* coacti,

46) Jam in prima hujus operis editione (p. 204.) monueram, methodum Hamiltoni cum magna tantum restrictione admittendam esse, cum videretur cl. vir de bono effectu purgantium in nonnullis epidemiis typhi, praepostere conclusisse, rem semper ita se habituram. Hildenbrand (l. c. p. 198.) suspicatur Hamiltonum febrea biliosas cum typho confudisse, dicens: „*und daher mag dann das unverdiente Lob der Purgiermittel in dieser Krankheit entstanden seyn, das* J. Hamilton *und andere denselben unbedingt beylegten.*" Hildenbrandium de usu purgantium in typho rite cogitasse, ex alio quoque operis sui loco (p. 197.) elucet, ubi ait: „*Allein zum Purgiren ist in dieser Krankheit nicht nur keine rationelle Anzeige, sondern selbst die Erfahrung bestättigt eher Schaden als Nutzen hievon;*" ast quomodo haec omnia cum ejusdem auctoris verbis concilianda? ubi ait: „*Ich gebe daher immer in den ersten Tagen des einfachen und leichten Typhus, ja oft diesen ganzen siebentägigen Zeitraum hindurch, mit dem erwünschten Erfolg eine Eibisch - oder Graswurzelabkochung mit etwas Doppelsalz und einen Hollunderbeerensyrup zur Arzney.*"

47) Mercurii in typho laudes cecinerunt inter antiquos Rodericus a Fonseca (consult. med. T. II. consult. 31. p. 93.), inter recentiores: Wright (in: *Medical facts and observations. Vol. VII. p. 1. v. Samml. auserlesener Abhandlungen für pr. Aerzte. B. 18. p. 595.*), Stuart (*diss. on the salutary effects of mercury in*

coacti, usurpare solemus. Immo nisi in propatulo sit, vermes grave aliquod symptoma sub typhi

malignant fevers. Philadelphia 1798.), Brandis (Horn's *Archiv für med. Erfahrung. B.* 3. *St.* 1. *No.* 3.), T. H. Lohnes (diss. de utilitate hydrargyri in febre typhode. Tub. 1813.), Palloni (l. c. p. 166 seq.), Armstrong, Johnson, Crampton etc. — Ad me quod spectat jam in prima praesentis operis editione p. 198.) monui „mercurium diathesi typhodi haud esse accommodatum." Nihilominus in ea tunc adhuc versabar opinione, posse illum in typho, hepatis affectione stipato, tentari. Tentavi itaque serius aat potius cum detrimento. Dicam hinc cum Hildenbrandio (l. c. p. 220.): „*Ich habe es (das Calomel) einigemal gegeben, gebe es aber nie wieder.*" Et Horn de typho icterode sermonem instituens (l. c. p. 59.) asserit, *mercurium nil* praestitisse, additque: „*Mit Unrecht wird daher der versüsste Mercur seit einiger Zeit auch von deutschen Aerzten, welche auf die Empfehlungen Englischer und Amerikanischer Aerzte zu viel Gewicht legten, in typhösen Fiebern mit Wärme empfohlen.*" Omodei fatetur (l. c. T. II. p. 245.): „*Nella nostra pratica, il calomelano a uno o due scrupuli al giorno (!) ha prodotto nausea, cardialgie, tormini, diarree con evacuazioni disenteriche e seguitate lungamente ci ha sembrato il più delle volte favorire la comparsa della parotidi, sintomo periculoso spesso, fastidissimo sempre nella febbre petecchiale.*" N. Smith observat, mercurii doses conspicuas, ptyalismi loco in typho affectionem oris, a gangraena haud alienam gignere. (Hufeland's *Bibliothek der pr. Heilkunde. May* 1824. p. 295.).

typhi decursu excitare, illis potius pacem concedimus [48].

Adspersio, lotio frigida. 10. Sub iisdem prorsus rerum positionibus, sub quibus *adspersionem* aut *lotionem corporis ope aquae frigidae* in febribus nervosis suasimus [49], eam potiori adhuc jure in typho cum aliis [50] commendamus. Potiori, inquam, jure, nam adspersio vel lotio frigida ad paucissima illa spectat auxilia, quae non solum typhi vim mitigare, sed et illius curriculum brevius reddere valent. Peticulae adhibitioni methodi Jacobi Currie [51]) non obstant. Nec obstant symptomata catarrhalia, quatenus ad nares restricta, quam.

48) Vere dicit Hildenbrand asserens (l. c. p. 240.): „*es ist jetzt der Zeitpunct gar nicht, besonders während des letzten Stadiums im Typhus, ihre (der Würmer) Entfernung durch heftige Mittel zu besorgen.*"

49) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 22.

50) Dimsdale l. c. — Kolbany *Bemerkungen über den ansteckenden Typhus, der im Jahre* 1809 — 1810. *in Presburg herrschte; über die Wirkung des kalten und warmen Wassers als Heilmittel. Presburg* 1811. — Neumann in: *Hufeland's Journal der pr. Heilkunde* 1813. *Juni.* Horn l. c. p. 18. 105. — Krysinski diss. de frigoris in typho usu et virtute. Varsoviae 1817. (Prima est dissertatio medica in universitate Varsoviensi edita).

51) Fuit enim cl. iste vir nisi inventor saltem propagator adspersionis et lotionis frigidae in typho. (Cfr. Joseph Frank's *Reise nach Paris, London u. s. w. Th.* 1. p. 249.).

quamprimum enim illa circa pectus urgent a frigida lotione abstinendum [52]). De reliquis contraindicationibus, probe perpendendis, jam alibi quaestio fuit [53]). Inprimis curandum, ut applicatio frigoris ope adspersionis aut lotionis placide fiat [54]) et momentanea sit.

11. Quam ob causam *epithematibus frigidis* (quae potissimum capiti ad delirium sopo- remque compescendum imponi solent [55])) tunc solum favemus, ubi per breve tempus, puta quartam horae partem, relinquuntur [56]), cauteque removentur. Praecipue in glacie ac nive administranda provide incedendum [57]). Epithemata frigida.

12. Sic

52) A neglectu hujus praecepti lethalem observavi peripneumoniam.

53) P. I. Vol. I. Sect. II. §. XXXI. 22.

54) Omodei (l. c. T. II. p. 238.) vere monet, ex aegrotorum typho laborantium commotione, exque relicta humiditate fieri posse, ut adspersio et lotio evadant „*più nocive che utili, avuto specialmente riguardo alla frequente intercorrenza di qualche flogosi locale colla petecchia.*"

55) Horn (l. c. p. 18.). — Lorenz v. West *einige Bemerkungen über den Typhus und die Behandlung desselben mit kalten Umschlägen auf den Kopf.* (*Beobachtungen und Abhandlungen aus dem Gebiethe der gesammten praktischen Heilkunde von österreichischen Aerzten. B.* 1. p. 251.).

56) Hornii exemplum neutiquam imitandum esse censemus (l. c.): „*Diese eiskalten Fomentationen wurden mit geringen Unterbrechungen alle Viertelstunde Tag und Nacht hindurch erneuert.*"

Potus frigidus.

12 Sic Petrus a Castro, etiamsi potus aquae frigidae laudator [58]), fatetur, se non paucos vidisse „quos repente vitâ privavit aqua frigida, *naturali simul cum igneo calore extincto*" [59]). Roboretus aquâ frigidâ duntaxat usus est, quando peticulae in aegrum juvenem, carnosum, firmum et robustum cadebant, et tempus erat aestivum, febrisque ardentissima; dummodo signa internae phlegmones et pectoris angustiae abessent. Sic circiter et reliqui Italiae medici, totam saepe morbi curam, potui aquae frigidae committentes [60]), egerunt.

13 Ge-

57) „*E quanto all' uso esterno del freddo, crediamo che il medico prudente debba limitarsi a applicare pannilini inzuppati, o al capo, rasi i capelli (?), quando il malato sia oppresso dal delirio, coma, e da altra affezione indicante congestione, flogosi o ribollimento di sangue alla testa.*" (Omodei l. c. T. II. p. 239.).

58) Nam potest, ait, „latentem illam ac pestiferam vim cum manifesta qualitate conjunctam mirabiliter extinguere," dummodo frigida „copiose et affatim" id est „quantum uno haustu aeger" ingurgitare potest, bibatur. (L. c. sect. VII. aph. 8.).

59) L. c. sect. ead. aph. 6.

60) Nicolao Lanzani *vero metodo di servirsi dell' acqua fredda nelle febbri.* 1723. — Xaverio Bertini in: Martini Ghisi *lettere mediche. Sect. I.* p. 33. — Cirillo in: *Philosoph. Transact. Vol. XXXVI. No.* 410. — Burserius (l. c. §. 364.): „Verum nostri quovis morbi tempore nivatam aquam potui praebent, haeque sola sine ullo alio alimento et certe tenuissimo utuntur a principio ad finem usque, curationem

13. Generatim ne methodum antiphlogisticam in curando typho nimis extendamus! Enimvero dum non unam alteramve sed cunctas quae observabantur hujus morbi epidemias consideramus, inter eas tales invenimus, ubi refrigerantia plane nocuerunt, et, nisi antiquorum more alexipharmaca acria vel sudorifera calefacientia, saltem *regimen diapnoicum* requirebatur. Memorabilia hoc sub respectu sunt verba J. P. FRANK[61]): „Quam plurimum noxae agyrtarum in manibus sudorifera attulerunt; sed non minora antiphlogisticae, ut vocant, methodi, ad singulos nunc morbos extensae, sunt damna.“ Regimen diapnoicum indicatum eo in casu credimus, ubi sudores spontanei proficui sunt, ubi rheumatica complicatio latet, ubi cutis siccescit, vires languent, pulsusque mollis et diffluens est. Stragulorum itaque pondere parumper aucto, hyemalique tempore cubiculi calore ad sexdecim circiter thermometri Reaumuri gradus evecto, potuque theato tepido, leniterque aromatico porrecto, vel *liquor acetatis*

Regimen diapnoicum.

omnem absolvunt, quando et fervor ardens, et virium robur, et putredinis metus eam indicant.“ Et OMODEI (l. c. T. II. p. 239.): „*Le larghe bevute d'acqua fredda, o nevata praticate dall' infanzia dell' arte, e altamente commendate da* CIRILLO *nelle febbri acute maligne, sono il mezzo più acconcio di smorzare il calore, temperare la sete, diluire gli umori, massime giungendovi sugo di limone, aceto, o qualche sciroppo rinfrescativo.*“

61) Epitome de cur. hom. morbis, Vol. I. p. 129.

acetatis ammoniae, vel *vinum antimonii Huxhami*, vel radix *Contrayervae* [62]), vel *spiritus cornu cervi* [63]), ad sudorem blandum et aequalem excitandum, sustentandumque porriguntur. *Indusium* sudore madidum corporique adglutinatum, ne frigidum fiat, cum alio sicco, calidoque, maxime tempore, quo sudor substiterit et minor videatur, mutandum; at cautissime, inprimis si miliaria adsint [64]).

Balnea calida.

14. Tum ad opus transpirationis sollicitandum, tum scopo erethismum sedandi, *balnea calida* seu *tepida* in typho commendata fuere [65]). Ea nobis quondam usitatissima, nunc e cura typhi excludimus, propterea quod experti sumus, aegros viribus valde fractos, a motu concussioneque per gestationem e lecto in balneum inseparabilibus male se habuisse, nonnullos frigus suscepisse, alios in lipothymiam non sine periculo submersionis [66]) incidisse, verbo effectus non com-

62) Infusum ad libram unam e drachmis duabus ad unciam semis radicis paratum.

63) A guttis sex ad duodecim pro dosi, in uncia una alterave infusi aut ruthae, aut salviae, aut tiliae.

64) Störk ann. med. I. p. 75. — Burserius l. c. §. 360.

65) Armstrong, Clutterbuck, Palloni, Cerri, Horn etc.

66) In nosocomio Vindobonensi quo tempore una aegrotarum typho correpta balneo tepido utebatur, altera in eodem cubiculo eodem morbo decumbens, utpote sub delirio fugam tentans, custodum auxilium

compensare operam [67]. In eadem opinione versatur Omodei [68]. Ceterum balnea tepida ad purificandos aegrotos [69], aut ad peculiare aliquod symptoma (puta ischuriam, fomentis aliisque indicatis auxiliis [70]) praemittendis rebellem) profligandum inservire, quisne negaret?

15. *Epispastica* eâdem ratione in typho ac in febribus nervosis [71]) locum inveniunt. Quoad *vesicatoria*, epidemiae observatae sunt, quibus hoc Epispastica.

ita exposcebat, ut aegram in balneo jacentem derelinquere debuerint. Post breve licet tempus reduces istam jam submersam semique mortuam invenerunt.

67) Commiseratione sane digni fuerunt custodes aegrorum nosocomii, cui praeerat Horn, quum cl. vir fatetur (l. c. p. 15.): *„Dieses Baden in lauwarmen Wasser, wurde bey allen Nervenfieberkranken täglich zweymal wiederholt und während der ganzen Kur bis zu Ende fortgesetzt."*

68) *„Non crediamo neppur esso (bagno) possa formar parte essenziale del semplicissimo metodo, che l'osservazione di più secoli ha mostrato esser bastevole alla cura della petecchia."* (l. c. p. 238.).

69) *„Viele von diesen Kranken waren in dem Grade verunreinigt, dass ihre Atmosphäre einen fürchterlichen Geruch verbreitete. Gleich nach dieser allgemeinen Reinigung in einem warmen Bade fühlten sich viele so belebt und munter, dass sie, da sie vorher vor Erschöpfung fast kein Wort reden konnten, jetzt im Stande waren einige nothwendige Fragen zu beantworten."* (Horn l. c.).

70) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 25.

71) Ibidem. No. 42.

hoc epispasticorum genus prorsus non conveniebat [72]). Secus in aliis [73]). Hanc rerum differentiam ex nullo signo praevideri posse existimamus [74]). Medici peticulis magnum in morbum impe-

72) E. c. in illis descriptis a Petro a Castro (l. c. Sect. VI. aph. 30.), a Ramazzinio (l. c. §. 30.) et a Richa (l. c. §. 24.). Cfr. E. König vesicatoriorum in febribus malignis abusus. (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. p. 225.), Costenbader diss. de abusu vesicatoriorum in febribus malignis. Bat. 1769.

73) Fr. Avelinus heurosis, in qua corpori maligna febre laboranti, vesicantium usum interdicentes ex sacra medicorum doctrina castigantur. Messan. 1664. — Riverius prax. med. lib. XVII. cap. I. p. 348. — Ettmüller opp. T. II. P. I. Colleg. pract. cap. VII. §. 4. p. 398. („Si ulla est febris, inquit, in qua vesicatoria conveniunt, est petechialis"). — J. S. Waldschmidt vesicatorii usus in febre maligna (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 2. p. 315.). — J. G. Hasenest de singulari et saluberrimo vesicantium usu in febre petechiali maligna. (Act. acad. nat. cur. Vol. 3. p. 28). — J. H. Strack d. salutari usu vesicatoriorum in febribus petechialibus et delirio. (Misc. acad. nat. cur. dec. 3. a. 5 et 6.). — Vater de vesicatoriorum ad domandam febrem malignam virtute et efficacia. Viteb. 1742. Et Hildenbrand (l. c. p. 202.): *„Es gibt kein Heilmittel, welches . . . . in diesem Zeitraum (stadium nervosum) so passend wäre, wie dieses (die Vesicatore)".*

74) Burserio hic assentire nequeo dicenti (l. c.): „Mihi quidem pensitatis, quoad potui, diligenter constitutionum complurium descriptionibus, videntur vesicantia egregiam opem attulisse in illis epidemicis peticu-

imperium tribuentes, ad vesicatoria confugiebant, ubi dictum exanthema tempore solito non comparebat, aut ubi prius comparsum serius evanescebat. Nos illa potissimum in acme typhi adhibemus [75]), scopo 1. morbi vim a partibus internis revellendi; 2. absorptionem seri varias in cavitates extravasati sollicitandi; 3. metastases malas praepediendi et 4. inertem naturam excitandi. Ad *primum* scopum attingendum vesicatoria, si caput praecipue patiatur — ad crurum et surarum superficiem internam; si pectus — ad brachia; sique abdomen — ad illius fornicem applicamus. Quodsi, *secundo* praevia inflammatio, non ut decet resoluta, liquoris extravasati suspicionem moveat, et alioquin nil a majori affluxu sanguinis in partem affectam metuendum sit, vesicatoria huic, quo propius fieri potest, admovemus. Scopo

lis, quae cum diathesi sanguinis phlogistica, aut phlogisticae proxima copulantur, nil vero boni, aut potius nocumenti plurimum, ubi sanguis ad dissolutionem, liquidationemque vergebat. Hinc auctor tironibus essem, ut vesicantia adhibere volentes, in sanguinis naturam detegendam incumbant prius." Ast illico addit summus praxeos magister: „Nolim tameu hanc legem ita firmam, et perpetuam habeant, ut nunquam ab ea discedere se posse credant."

75) Medium enim tenere studemus inter medicos, qui tarde nimis ad vesicatoria confugiunt, illosque qui iis in principio morbi utuntur. Illi vituperantur praecipue a Petro a Castro (l. c. aph. 84.), hi a Trallesio (de usu et abusu vesicantium).

Scopo *tertio* vesicatoria in viciniis locorum, per quae natura aliàs bonam metastasin molitur, in usum ducimus. *Quarto* ultimoque scopo (nisi natura inertia cum peculiari quadam systematis nervosi parte nexum habeat) fere idem est, qualis pro vesicatoriis eligatur locus. Dum vesicatoria solum aut ad derivandum, aut ad excitandum inserviunt, debent esse copiosa [76]). Ceterum satis est illa eousque tantum relinquere, donec cutis inde rubra facta sit [77]). Aliàs ut *vesicam* excitent, oportet [78]). Ibi sinapismorum applicatio saepe illâ vesicatoriorum tutior est [79]).

Respectu

76) „Ubi maxima est malignitas, totum corpus occupans, et saevissima symptomata urgent, unicum vesicatorium nempe cervici impositum, non sufficit, *sed plura admovenda sunt*. Soleo ego in magna morbi saevitia quinque locis admovere, cervici nimirum, utrique brachio, parti interiori inter cubitum et humerum et utrique femori, parti etiam interiori inter inguina et genua, felici cum successu.“ (Riverius l. c.).

77) Ipse Hildenbrand, magnus vesicatoriorum in typho fautor, tamen fatetur (l. c. p. 203.): *„Ich gestehe gerne, dass es Fälle gebe, wo das Blasenziehen überflüssig und schädlich seyn kann.“*

78) *„Ich glaube dass der grösste Nutzen der Vesicatorien in diesem Fieberzustande in dem erregten Geschwüre und in der mässigen Eyterung desselben liege.“* (Hildenbrand l. c. p. 204.).

79) Quare perbelle Burserius (l. c. §. 362.): „Denique ubi dubitatio incidat, utrum vesicantibus locus sit, *tutius erit*, fomenta atque epispastica, quorum multi-

Respectu *cauterii actualis* propriâ destituimur experientia [80]). Illud acutis non videtur quadrare morbis.

16. *Frictionibus* quoque corporis, quibus inprimis nervorum cutaneorum energia excitetur, indulgere licet. Illae praeterea adhibentur *siccae*, ut appropinquante criseos tempore, meatus cutis aperiantur, humores versus corporis superficiem externam invitentur, et perspiratio sollicitetur; adhibenturque *humidae*, ad cutem aridam emolliendam et relaxandam. Sunt qui ad putredinem praevertendam, corpus *aceto* aut *acido sulphurico* [81]) perfricant. Alii illud ope *unguenti Alyonii* [82]) oxygenio imbuere meditantur [83]). Inanes utrique conatus [84])! Dum frictiones ex rebus spiri- Frictiones.

plex genus est, cruribus pedibusque imponere, ut deorsum extrorsumque avocent et revellant."

80) *„In mehreren verzweifelten Fällen, in welchen uns alle Mittel verliessen, zeigte das Cauterium actuale (von der Grösse eines Groschenstückes in der Gegend des Nackens und des Rückgrades applicirt) so treffliche Wirkungen, dass die dem Tode nahen Kranken plötzlich wieder belebt und gerettet wurden."* (Horn l. c. p. 117.).

81) Corporis lotionis, ope drachmis sex acidi sulphurici concentrati et libris duabus aquae auctores sunt Graf et Karpe. (*Med. chirurg. Zeitung* 1815. *No.* 55 et 71.).

82) *Pomate oxigenée* (ex axungia et acido muriatico oxygenato).

83) Palloni l. c. p. 166. seq.

84) Burserius (l. c. §. 363.) jam ait: „etsi *aceto* dene-

spirituosis (ex. gr. spiritu vini camphorato), eliguntur, odoris vis aegros aeque ac adstantes molestare solent. Quibus singulis si addas, humida quaeque, etsi calefacta, facile frigescere, et demum quod frequenti et saepe improvida corporis detectione transpirationis negotium supprimi potest, *frictiones* pro universali saltem typhi auxilio vix admittes.

Methodus excitans. 17. Ad exceptiones, quae praeceptum, „typhi curam naturae committendi," premunt [85]), illi quoque casus, qui *methodum excitantem* exposcunt, referuntur. Errarunt sane medici docentes typhi curam aut totam [86]) aut ultimi saltem stadii [87]) excitantibus absolvendam esse. Verum abusus

gari antiseptica virtus non possit, quae utilitatem aliquam pollicetur; acer tamen ejus irritandique potestas tanta est, ut vasa et vasulorum orificia, quae irritabilia plane sunt corrugari constringique debeant." Idem majori adhuc jure ab acido muriatico exspectandum est.

85) No. 1. 86) Asseclae Brunonis.

87) „*Schon die Benennung dieses Zeitraums nach seinem hervorstechenden Krankheitscharacter zeigte die in demselben erforderliche Therapie* (*tonische und erregende Mittel*) *an.*" (Hildenbrand l. c. p. 201.). Conferantur cum tali doctrina observationes Neucrantzii (l. c. Thes. XVII. p. 14.): „diligenter observavimus, medicamenta alexipharmaca omnia volatilia oleosa, bezoardica nimis calida et spirituosa, nisi acidis contemperata fuerint, neque in principio neque in *progressu morbi* cum bono successu propinata fuisse."

abusus non excludat usum. Et quis medicorum, judicio et religione instructus, videns typhum unis naturae viribus commissum perpetuo in pejus ruere, permitteret eum ad virium vitalium extinctionem usque pervenire, quin saltem tentaret, progressibus morbi, auxiliis aliàs sub simili rerum positione proficuis, obstare? Concedimus de pharmacorum in typho effectibus judicare arduum esse multasque hujus morbi sanationes *cum* pharmacis, sed non, ut contenditur, *per* illa effici. Interea ne quid nimis! Absurdum enim foret existimare, medicos, qui in typho curando nobiscum effectus florum *arnicae* [88]), *camphorae* [89]) etc. celebrarunt, omnes hallucinatos esse. Quum vero haec pharmaca non ad speciosam aliquam theoriam pertinaciter sustinendam praescribimus, illa ab initio parva tantum dosi, et quasi ad explorandum, et denique, duntaxat

88) Stoll ratio medendi. T. III. p. 130. — Hildenbrand (l. c. p. 208.): *„Sie (die Blüthen der Arnica) haben nehmlich eine den Empirikern von langen Zeiten her bekannte sonderbare, und beinahe specifische Kraft.“*

89) Collin tractatus de camphora. P. III. — Stoll l. c. p. 89. — Cera l. c. p. 53. — Quarin l. c. p. 69. — Ferro *medicinische Ephemeriden.* p. 65. — J. P. Frank l. c. p. 132. — Hildenbrand (l. c. p. 206.): *„Nach den Vesicatorien, besonders aber selbst während der Anwendung derselben, ist kein grösseres Heilmittel in diesem Zeitraum des Typhus, als der Kampher.“*

taxat si revera conducant, largiori manu et firmiori scopo adhibemus.

Vinum. 18. *Vinum*, quamvis multum detrimenti nostro in morbo tulerit [90]), aliàs tamen quammaxime conduxit [91]); idque vigentibus circumstantiis in cura febrium nervosarum indicatis [92]), dummodo caute [93]) et juxta aegrorum consuetudinem adhibitum [94]).

19. Etiam

90) Fracastoro l. c. lib. III. cap. 6. — Valleriola l. c. lib. II. enarrat. 6. p. 128. lib. IV. enarrat. 3. p. 284. — Jordanus l. c. Tract. I. cap. 19. p. 226. („Omnes, qui vini potione non abstinuerunt, interiere, adeo, ut summa spes salvationis, in vini abstinentia collocata videretur"). Et in epidemia annorum 1812 — 1814. vinum detrimentum attulit, quod testantur: Weber, Kopp, Dzondi, aliique. (Vid. l. c. in diario Hufelandii).

91) Fr. Hoffmann de febribus petechialibus veris. Obs. 5. opp. T. II. p. 90. — Huxham opp. P. I. p. 329. P. II. p. 70. 119. — Tode *med. chir. Bibliothek. Bd.* 8. *St.* 2. p. 224. — Weikard *vermischte Schriften. St.* 2. p. 324.

92) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 20.

93) Sunto nobis exemplo antiquiores medici. Sic suadet Franciscus Alfano (l. c. cap. 52. p. 216.): „Si vires satis languent accipiendo verbi gratia, *libras quatuor aquae* et ei miscere *cyathum unum* vulgarem vini optimi, paulo plus aut minus, quemadmodum gravius et levius erit vinum." Vini cum aqua connubium praescribit etiam Marsilius Cagnatus (l. c. cap. 7. p. 54. 57.). Hildenbrand quidem jure Campbell, quippe vinum *Madeira* aut *Porto* aegrotis ty-

19. Etiam in typho *opii* usus, ad casus alibi determinatos [95]) *stricte* circumscriptus, recentiorum suffragia collegit [96]). Opium

N 2 20. Cura

pho detentis quotidie ad duas lagenas praescribit, vituperat, suadetque vinum non ad ebrietatem usque porrigere; at altera ex parte ipse asserit (l. c. p. 253.): *„Zur Erquickung der Kranken, ist der Wein nun ein unentbehrliches Mittel; ja er ist Arzney. Je geistiger, je älter er ist, desto besser dient er hier."*

94) Sic Pater in epidemia Germersheim vetulae ebriosae typho gravissime decumbenti, omnia pharmaca respnenti, *crematum* porrigi jussit. Quo vix labiis gustato, soporosa prius aegrota, oculos aperuit, asserens „iste Doctor meam noscit naturam" et convaluit.

95) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 40.

96) *„Das Opium, ein Mittel, welches sonst in dieser Krankheit gewiss nicht selten ohne Noth, auch besonders in dem ersten Zeitraum nicht ohne Nachtheil für die Kranken, angewandt, seit Kurzem aber auch wohl zu sehr gefürchtet wurde, hat in mehreren Fällen hinlängliche Dienste geleistet."* (Horn l. c. p. 121.): *„Ich bin also der Meinung und stütze dieselbe auf eine vielfältige Erfahrung, dass das Opium im regelmässigen Verlaufe des leichten Typhus nicht nur entbehrlich, sondern auch allerdings schädlich sey; dass aber unter gewissen Anomalien desselben (rasendes Delirium, Ruhr und schwächende Durchfälle) dieses Heilmittel auch unentbehrlich werden könne."* (Hildenbrand l. c. p. 218.). Cfr. et Armstrong l. c. p. 131. 204. In typho jam mense Martio a. 1812. Vilnae caput extollente, summo cum successu *pulvere*

Conclusio. 20. Cura peculiaris, quam *delirium*, *haemorrhagiae*, *ischuria*, *obstructio alvi* et *meteorismus*, *decubitus* et *gangraena*, nec non *parotis* in typho exposcunt, ab illa hujusmodi symptomatum in febre nervosa 97) minime differt. Idem de *regimine diaetetico* 98) deque *cura convalescentiae* 99) valet. Restat itaque solum ut moneamus, stabilitum therapiae fundamentum, *curam typhi simplicis et regularis* naturae committendi 100), non ita accipi debere, ac si *pharmaca* hîc omnino proscribenda essent. Requiruntur in hominibus pusillanimibus inque classe civium superiori, ad temperandam aegrotorum et affinium impatientiam.

Doveri usus sum. Duos praecipue casus adnotavi, quorum unus in Judaea maxime pusillanimi, insomniis et peculiari sensu constrictionis ad guttur, cum muci rejiciendi impote conatu vexata locum obtinuit; alter in juvene potui liquorum fermentatorum dedito, peticulis, delirio furibundo, et subsultibus tendinum affecto. Et collega A. Sniadecki (l. c.) in typho, anno indicato ad finem vergente Vilnae grassante, opium, potissimum adversus cephalaeam cum fructu adhibuit.

97) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. V. §. XXXI. 21 — 28. Inprimis respectu *delirii*, praeceptum, aegros probe custodiendi inculcari debet. Ex quo enim neglecto infortunia leguntur in Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. I. p. 183. (De febre maligna ex delirio mortem sibi inferente); apud Thilenium l. c. (Aegrotus gulam sibi abscidit) etc.

98) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 17 — 20.

99(Ibidem §. XXXII. 100) No. 1. (3).

tiam. Non quidem loquimur de pharmacis heroicis, sed de aliis innocentibus, ita tamen constitutis, ut fere semper plus minus levaminis afferre possint. Hujus generis sunt ab initio morbi (nisi symptomata catarrhalia circa pectus obstent) *acida vegetabilia* [101]), aliàs *medicamenta mucilaginosa;* serius, praesertim ubi *alvus sollicitanda, serum lactis dulce*, vel minimae *tartari emetici* doses; porro decocta radicum *tritici repentis, scorzonerae* [102]), herbarumque *echii vulgaris* [103]) et *verbenae officinalis* [104]). Graviori in malo, inprimis urgentibus peticulis et ecchymomatibus violaceis, nec non haemorrhagiis, *acida mineralia*, haecque inter maxime *acidum muriaticum oxygenatum* multâ aquâ dilutum, additâque sufficiente quantitate sacchari vel syrupi, nobis aliisque [105]) conduxerunt.

CAPUT

101) ODDO DEOLI ODDI (l. c. lib. IV. cap. 15. p. 68.) decoctum *rumicis acetosae* adhibebat.

102) PETR. A CASTRO l. c. Sect. V. §. 9.

103) Idem, ibidem.

104) JORDANUS l. c. Tract. I. cap. 19. p. 226.

105) BRAUN (*über das Chlorin - Wasser als Heilmittel.* In: HUFELAND's *Journal der prakt. Arzneykunde. B. 56. St.* 3. p. 67.) ait: „*Im Typhus, auch im Typhus bellicus von* 1813 *und* 1814. *habe ich es vielfach mit Nutzen gebrauchen lassen, und die geringe Tödtlichkeit des Typhus, rücksichtlich der unser Lazareth (in Cöthen) obenan stand, wird ihm zum Theil verdankt.*" Addit HUFELANDIUS (ibidem nota): „*Bei diesen schätzbaren Beobachtungen des würdigen Herrn*

Caput II.

De febre flava.

Introductio.

Si nostra quondam emissa vota, loca *febri flavae* obnoxia visitandi [1]), exaudita fuissent, successis-

Verfassers muss ich noch die Bemerkung beyfügen, dass das von ihm angewandte Chlorinwasser die aqua oxymuriatica der Preussischen Pharmacopoe ist, welche von mir auch unter dem Namen Acidum muriaticum oxygenatum empfohlen und besonders beim Nervenfieber und dem Typhus bellicus häufig und mit dem ausgezeichnetesten Nutzen angewendet worden ist. Ja sehr viele Kranke haben zur ganzen Kur kein anderes Mittel nöthig gehabt, und ich trage kein Bedenken, dasselbe für das allgemeinste bei diesem Fieber zu erklären. Meine Methode ist, 2 bis 4 Quentchen dieses acidum in 8 Unzen Wasser verdünnt, und mit 1 Unze Syrup versetzt, binnen 24 Stunden Esslöffelweise consumiren zu lassen. — Auch der Hr. Verfasser bemerkt nachträglich, dass er dasselbe jedesmal mit gleich viel, zuweilen auch mit mehr destillirtem Wasser vermischt gegeben habe, genug so viel Verdünnung, dass beim Verschlucken keine unangenehme Empfindung im Halse entstand.“

1) Vilnam autumno anni 1804. eo ipso tempore veni, quo febris flava in portu Liburno caput extulit. Vehementi tunc desiderio urbem contaminatam adeundi flagravi, idque tum Rectori Magnifico C. universitatis

cessissentque; hocce de morbo propria duce experientia nunc disserere liceret. Sic autem nil restat, quam ex aliorum observationibus probe collectis, debitum in ordinem dispositis, at integre et severe dijudicatis [2]), corpus doctrinae, docen-

Vilnensis STROYNOWSKI, tum Patri, collegae tunc meo, haud reticui. Quum vero ambo in ea versati essent opinione, non decere professorem, ad docendum vix arcessitum, veniam aliena negotia gerendi, expetere, sapienti quidem consilio aures minime recusavi, sed aliam ad propositum obtinendum viam elegi. Accidit nempe tunc temporis, ut Regimen Lithuaniae nuntium (falsum) accipeiet, ac si febris flava sese ad litora vicina maris Baltici manifestasset. De hoc argumento ad HUFELANDIUM, Virum Cl. scribens, rogatum addidi, ut, quodsi epistolae meae locum in diario suo medico concederet, ea simul utatur occasione, me Regimini Russico, quatenus ad negotium febrem flavam observandi, inprimis idoneum, proponendi. Satisfecit quidem vir amicus (ut videre est in: *Journal der praktischen Heilkunde. Berlin* 1805. 21. *B.* 1. *St.* p. 155. ubi ait: „. . . . *höchst schätzbar wäre es gewesen, wenn der, der uns so eben mit einer so interessanten Reisebeschreibung beschenkt hat, Gelegenheit gehabt hätte, auch die Länder, die der Sitz des gelben Fiebers wurden, zu besuchen, und nächst dem Zustande der Medicin und medicinischen Polizey daselbst, auch diese Krankheit und die Behandlung derselben zu schildern. — Vielleicht können wir das noch hoffen, und es wäre gewiss der erleuchteten Russischen Regierung würdig, dazu Veranlassung zu geben.*") — ast sine optato effectu.

2) „*It is not deemed a necessary qualification for a*

docentium et discentium in commodum conficere. Herculeus sane labor [3]).

§. IX.

judge on the bench that he should have been actually present at the transactions upon which he is to decide. On the contrary; by an accurate and comprehensive survey of the points and bearings of a complex case, he is better qualified to form an opinion, than the actual actors in them, besides being divested of prejudice. It is requisite, for the forming of a clear, calm, and impartial judgment, that objects, whether natural or moral, should be placed at a certain distance, in order that they may be seen in those relative positions and bearings, which the eye and mind of a close observer, or of a party concerned, is incapable of taking in. A soldier, in the midst of a battle, knows much less about the main incidents and results, than a shepherd on the neighbouring hill. And with regard to the distance of time, the investigation not having been made till 1805, *four years after the epidemic of* 1800, *and one year after that of* 1804, *the same principle will apply to it as to general history, in which it is a maxim, universally admitted, that no impartial history can be written till a whole generation at least shall have passed away. The same length of time may not be necessary to mature medical as historical truth.*" (*Sir* GILBERT BLANE *elements of medical logick, illustrated by practical proofs and examples; including a statement of the evidence respecting the contagious nature of the yellow-fever. London* 1819. p. 149.).

3) „*Eine nicht unansehnliche Bibliothek liesse sich aus den Werken über das gelbe Fieber aufstellen und gewiss ist die Literatur keiner Krankheit so reich, als die*

§. IX.

Definitio. Historia et literatura.

1. *Febris flava* [1]) *genuina* seu *pestilentialis* nobis est morbus peracutus, sui generis, regionum Definitio.

jenes Uebels, und dennoch sind wir durch alle diese mehr oder weniger voluminösen Werke, durch alle die einzeln zerstreuten Abhandlungen und Beschreibungen von Epidemieen noch um kein Haar breit weiter gekommen. Was der eine Schriftsteller als Thatsache aufstellt, wird von dem andern geradezu geläugnet, und vom Gegentheil der Beweis geliefert, selbst in demjenigen, worin man glauben sollte, es seyen gar keine verschiedene Ansichten möglich . . . . herrschen Widersprüche mancher Art, um wie viel mehr denn bey Gegenständen, die nicht durch die Sinne wahrnehmbar sind. Ganz unmöglich ist es hier das Wahre von dem Unwahren auch mit der grössten Umsicht zu scheiden; wie also sich aus diesem Labyrinthe herausfinden?" (*Göttingische gelehrte Anzeigen.* 1825. 90. *St.* p. 890.).

1) *Synonyma.* Febris flava Americana; febris Sismensis; febris maligna icterica; febris continua putrida; icterodes Carolinensis; Pestis; Elodes icterodes; febris maligna biliosa Americae; Causus tropicus endemicus; Synochus ictericus; Typhus cholopoesis; typhus icterodes, typhus tropicus, typhus splanchnico-cardiacus; Indice: *Ibomanhatina; Je Pulicaatina.* (Raimond Breton *dictionnaire Caraïbe. Auxerre* 1665. 8. p. 276.). Hispan. *calentura amarilla; vomito prieto; vomito negro.* Gall. *Coup de barre; fièvre matelotte; fièvre de Boulam; maladie de Siam; fièvre jaune; fièvre gastro-adynamique; typhus miasmatique ataxi-*

num tropicorum occidentalium soboles, contagiosus, irruens derepente cephalaeâ, rubore fulvo oculorum, cruciatibus ossium et lumborum, frigore, calore, anxietate et cardialgiâ, subsequentibus ocyus serius vomitu materiae saepe nigrescentis, haemorrhagiis, peculiarique corporis universi flavedine.

Antiquitas. 2. De hoc morbo nulla apud Graecos, Latinos et Arabes fit mentio. Qui enim *febrem ardentem* seu *Causum* veterum huc revocant [4]); hi in errorem, de quo plura infra, inciderunt, febrem

que, putride, jaune. ANGL. *Yellow fever; Black vomit; Bilious remitting yellow fever; Malignant pestilential fever; Kendal-fever; Bulam fever; The concentrated endemic fever; The autumnal fever.* ITAL. *Febbre gialla.* GERM. *Gelbes Fieber; schwarzes Erbrechen; Westindisches Fieber; Amerikanisches Fieber; Occidentalische Pest; Westindisches Brenn-Fieber; Matrosen-Fieber.*

4) „*That this disease is a species of the καῦσος of* HIPPOCRATES (lib. de vict. rat. in morbis acut. et lib. de affectionibus), ARETAEUS (de causo. lib. II. cap. 4. de caus. et sign. acut. morb.) *and* GALEN (Comment. 4. in lib. de vict. nat. in morb. acut.) *as it is called I think there can be no doubt.*" (B. MOSELEY l. citando. p. 391.). — „*La fièvre jaune*, febris flava americana, *n'est point une maladie nouvelle, d'un genre particulier, mais seulement une espèce de la nature des fièvres ardentes bilieuses ou inflammatoires, du Kausos ou Causus d'Hippocrate, souvent avec complication de putridité gastrique.*" (VALENTIN l. citando. p. 57.). ROBERT *guide sanitaire etc.*

brem biliosam inflammatoriam cum febre flava confundendi. Hujus febris notio in epocha inventae Americae quaerenda; saltem descriptio secundi itineris CHRISTOPHORI COLUMBI (a. MCDXCIII.) jam febris flavae inter Hispanos ex illa regione reduces grassantis, quandam movet suspicionem [5]).

3. Con-

5) OVIEDO *historia general de las Indias. Sevilla* 1535. *Fol. T.* 2. *cap.* 13. p. 18. (Quum hoc opus invenire haud potuerim, locum citatum gallico sermone ex libro infra citando MOREAU DE JONNÈS (p. 17.) in medium profero. Ejus versio germanica exstat in: *Magazin der ausländischen Literatur der gesammten Heilkunde, herausgegeben von Dr.* G. H. GERSON *und* N. H. JULIUS. *Hamb.* 1821. *B.* 1. p. 223.). „*En* 1494. *nacquit parmi les Espagnols une peste et une grande corruption. Elle fut causée par l'extrême humidité du pays; les hommes qui survecurent demeurèrent affligés d'infirmités incurables, et parmi ceux qui retournèrent en Espagne, il y en avoit dont le visage étoit devenu d'une couleur jaune de safran. Ils ne tardèrent pas à mourir des maladies qu'ils avoient rapportées et qui leur donnoient la couleur de l'or qu'ils avaient été demander à ces pays éloignés.*" Cfr. *Lettre concernant les iles de la mer des Indes, à la recherche desquelles il avait été envoyé; traduite de l'original Espagnol, en latin, par* ALEXANDRE DE COSCO, *et pour la première fois en français, par* ALEXANDRE DE JONNÈS. — *Journal des voyages, Février* 1820. p. 37. —. Et FRANCISCO LOPEZ DE GOMARA (*la Historia de las Indias. Medina el Campo.* 1553. *L. II. Ch.* 12. p. 140.): „*Parmi les maladies que les Espagnols ont éprouvé dans ces*

Morbus in Archipelago Mexicano.

3. Constat hunc morbum extitisse sub finem seculi decimi quinti et initio decimi sexti in insulis *St. Domingo* [6]), et a. MDCXXXV. in *Guadeloup* [7]). Praeterea auctores qui generatim tum de

îles, il en est deux qui se sont perpetuées: l'une qu'ils ne connaissaient aucunement, était celle des bubons (ou comme nous l'appellons maintenant, la syphilis), l'autre était un changement de couleur en jaune, tels qu'ils paraissent couverts de safran. — (Açafranados)."

6) Anton. de Herrera *historia general de los echos de los Castellanos in las Islas y Tierra firme del mar Oceano. Madrid* 1601. 4 *vol. fol. Amberas* 1728. *Dec. II. L.* 11. *cap.* 12.

7) Breton op. c. p. 227. — *Pater* Du Tertre *histoire générale des Antilles françaises. Paris* 1767. *Tom.* 1. *Chap.* 3. §. 4. p. 81. („*Cette famine qui dura près de cinq ans et de la quelle je seray encore obligé de parler, lors que je traiteray de ce qui se passa en* 1640. *fut suivie d'une mortalité presque générale, à laquelle outre la famine, deux choses contribuèrent particulièrement. La première fut une certaine maladie, qu'on nomme communement dans les îles, le coup de Barre, elle cause ordinairement à ceux qui en sont surpris un mal de teste fort violent, accompagné d'un battement d'artères aux tempes et d'une grande difficulté de respirer, avec une lassitude et douleur de cuisses, comme si l'on avoit été frappé de coup de barre, ce qui a donné sujet au nom qu'on luy a imposé. Elle attaque ordinairement ceux qui défrichent les terres des Isles, à cause des vapeurs veneneuses, qu'elles exhalent. La cruauté des commandans fut l'autre cause de la mort* . . . .").

de *morbis regionum tropicarum* [8]), tum de illis *Indiae*

8) G. Piso de medicina Brasiliensium. Amstel. 1648. — Stubner diss. de nigritarum affectionibus. Wittemb. 1699. — Chirac *observations sur les incommodités auxquelles sont sujèts les équipages des vaisseaux. Paris* 1724. 8. — Detharding de morbis advenas in America vexantibus. Hafn. 1745. — Rouppe de morbis navigantium. Lugd. 1764. — J. Lind *an essay on diseases incidental to Europeans in hot climates, Lond.* 1768. 8. *edit.* 3. 1777. Versio german. Riga 1773. et 1792. 8. — *Practical remarks on West-India diseases, Lond.* 1776. 8. — De Gardane *des maladies des Créoles en Europe — et quelques autres frequemment observées dans les climats chauds etc. Paris* 1784. — Dazille *observations générales sur les maladies des climats chauds etc. Paris* 1785. 8. — *Des moyens de conserver la santé des blancs dans les climats chauds. Paris* 1785. — Gilbert Blane *observations on the diseases incident to Seamen. London* 1785. Versio germ. *Beobachtungen über die Krankheiten der Seeleute. Marburg* 1788. p. 397. — B. Moseley *a treatise on tropical diseases, on military operations and on the climate of the West-Indies. Second edition, with considerable additions. Lond.* 1789. p. 386 — 461. — *On the endemical causus, commonly called the yellow-fever of the West-Indies.* Vers. germ. Nürnberg. 1790. 8. — N. Fontana *Bemerkungen über die Krankheiten, womit Europäer in heissen Himmelsstrichen und auf langen Seereisen befallen werden, auf einer Reise nach Ostindien gemacht; aus dem Ital, Stendal* 1790. — R. Thomas *medical advice to the inhabitans of warm climates, upon a familiar treatment of the diseases etc.*

Indiae occidentalis [9]) scripserunt, testantur, febrem

Lond. 1791. — TH. TROTTER *medicina nautica, an essay on the diseases of seamen in three volumes. London* 1796. 8. *Second edition. Lond.* 1804. 8. — E. C. RODSCHIED *medicinische und chirurgische Bemerkungen über das Klima, die Lebensweise der Einwohner der holländischen Colonie Rio Essequebo. Frankf.* 1796. 8. — WILLIAM WRIGHT *practical observations on the treatment of acute diseases particularly of the West-Indies.* (*Collect. med. facts and observations. Lond.* 1797. p. 1 — 25.). — P. CAMPET *traité pratique des maladies graves qui régnent dans les contrées situées sous la Zone torride et dans le midi de l'Europe. Paris* 1802. 8. — WILL. BURNWELL *physical investigations and deductions from medical and surgical facts, relative to the causes, nature and remedies of the diseases of a warm and vitiated atmosphere. Philadelphia* 1802. — CASSAN *mémoires sur le climat, et sur les maladies qui sont particulières à la zone torride.* (*Mém. de la soc. méd. d'émulation.* 5ième *année. Paris* 1803). — J. E. LEBLOND *observations sur la fièvre jaune, et sur les maladies des tropiques, faites dans un voyage aux Antilles. Paris* 1805. 8. — W. HUNTER *essay on the diseases incident to India Seamen and Lascars in long voyages.* 1806. *Fol.* — M. L. HAYNIE *observations on the fever of tropical climate and the use of mercury as a remedy.* (*Med. Repos. Newyork. New series. Vol.* 1. 1813. p. 217 — 236.). — JAMES JOHNSON *on the influence of tropical climates on European constitutions. To which is added tropical hygiene, or the preservation of health in all hot climates.* (*Adapted to general perusal*). 2. *edit. Lond.* 1818. 3. *edit.*

brem flavam ab illo tempore ad hodiernum usque diem,

ibid. 1821. 8. — C. CHISHOLM *a manuel of the climate and diseases of tropical countries in which a practical view of the statistical pathology and of the history and treatment of the diseases of those countries, is attempted to be given. Lond.* 1822. 8.

9) J. GRAINGER *an essay on the more common West-India diseases. Lond.* 1764. 8. — CH. BISSET *medical essays and observations. New-Castle upon Tyne.* 1766. 8. (Vers. germ. auct. MÖLLER. Breslau 1781.). — *Practical remarks on West-India diseases. Lond.* 1776. — *Geschichte der Mission der Englischen Brüder auf den Caraïbischen oder Antillischen Inseln, St. Thomas, St. Croix und St. Jean. Barby* 1781. — BRYAN EDWARDS *Beschreibung der Brittischen Colonien in Westindien.* — M. C. SPRENGEL'S *Auswahl der neuesten geographischen Nachrichten. Th.* 1. p. 10. — TOURNAY diss. an in variis regionibus varii morbi, et quinam in Antillis frequentiores? Norceji 1783. — *Des moyens de conserver la santé des blancs et des nègres aux Antilles. Paris* 1786. — ISERT *Reise nach Guinea und die Caraibischen Inseln. Koppenhagen* 1788. — R. JACKSON *an outline of the history and cure of the fever, epidemic and contagious, more expressly the contagious fever of gails, ships, and hospitals, the concentrated endemic vulgarly called the yellow-fever of the West-Indies. Edinburgh* 1789. 8. (Vers. germ. auct. OSIANDER. Stuttgard 1804.). — JOHN BELL *inquiry into the causes which produce, and the means of preventing diseases among British officers in the West-Indies. Lond.* 1792. — J. ROLLO *essay on the means of preventing and restoring health in the West-Indies. Lond.* 1793. — WEB-

diem, vicibus fere innumerabilibus, non solum dictas illas insulas [10]), sed et reliquas *Archipelagi Mexi-*

STER *letter on West-India diseases. Lond.* 1795. — WILLIAM WRIGHT *practical observations on the treatment of acute diseases, particularly those of the West-indies.* (*Med. facts and obs. Lond. Vol.* 8. p. 1—25. et: *Sammlung auserlesener Abhandlungen für pract. Aerzte. B.* 18. p. 295. *B.* 19. p. 42.). — L. GILLESPIE *observations on the diseases which prevailed on board a part of his Majest. squadron, on the leeward island station between November* 1794. *and April* 1796. *London* 1800. — W. FOWLE *a practical treatise on the different fevers of the Westindies and their diagnostic symptoms. Lond.* 1800. — J. F. X. PUGNET *mémoires sur les fièvres de mauvais caractère du Levant et des Antilles. Paris* 1804. 8. — JAMES CLARKE *observations on the nature and cure of fever and diseases of the West and East Indies and America, with an account of dissections performed in these climates and general remarks on diseases of the army. Edinburgh* 1808. 8. — ALEX. MOREAU DE JONNÈS *hygiène militaire des Antilles. Paris* 1817. 8. Ejusd. *Tableau du climat des Antilles. Paris* 1817. 8.

10) *In insula St. Domingo* febris flava regnavit annis 1494, 1495 (Isabellae); 1496 (Vega Regal); 1504, 1509, 1533, 1585, 1690 (Porte- de Paix); 1705, 1731, 1733, 1734, 1735, 1736, 1737, 1739, 1743, 1744, 1745, 1746, 1748, 1755 (Çap Français); 1793, 1795, 1796, 1798, 1802, 1803. Legantur de hoc argumento: HERRERA l. c. — OVIEDO l. c. — *Constitutions et loix de St. Domingue, T.* 1. p. 407. — CHEVALIER *lettres à Mr. Dejean sur les maladies de St. Domingue, sur les plantes de la même isle, sur le Remora, et les*

Mexicani infestasse, videlicet *Cubam* (maxime *Havan-*

Haligons. Paris 1752. 8. — POISSONIER - DESPERRIÈRES *traité des fièvres de l'isle de St. Domingue. Paris* 1763. alt. editio ibid. 1780. — POUPPÉ - DES-PORTES *histoire des maladies de St. Domingue. Paris* 1770. — *Recherches sur les fièvres par* G. GRANT, *trad. de l'Anglois par* LEFEBURE DE VILLEBRUNE, *suivies de l'histoire des constitutions épidémiques de Saint-Domingue et de la description de la fièvre jaune; par* M. POUPPÉ- DES- PORTES. *Montpellier.* — BOURGEOIS *mémoires sur les maladies les plus communes à St. Domingue, leurs remèdes etc.* In *Voyages intéressans. Paris* 1788. — HECTOR M'LEAN *inquiry into the nature and causes of the great mortality among the troops at St. Domingo, with remarks on the fevers of that island. Lond.* 1797. 8. — N. P. GILBERT *histoire médicale de l'armée française à St. Domingue en l'an XI. ou mémoires sur la fièvre jaune, avec un apperçu de la topographie médicale de cette colonie. Paris* 1803. 8. *Versio germ. auctore* ARONSON. *Berlin* 1806. — MOREAU DE ST. MERY *description topographique, physique etc. de l'isle de St. Domingue.* Ejusd. *constitutions et lois de St. Domingue. Philadelphia. Vol.* 6. 4. — CH. F. ROUX *topographie méd. de St. Domingue, et mémoire sur la fièvre jaune d'Amérique. Venise* 1807. 8. — In insula *Guadaloup* febris flava strages porro edidit annis 1640, 1647, 1648, 1649, 1703, 1795, 1796, 1802, 1803, 1807, 1816, 1821. Cfr. RAYMOND BRETON l. c. — *Mémoires sur les maladies de la Guadeloupe. Paris* 1778. 4. — F. LATOUR *voyage en Amérique. Paris* 1794. *T.* 2. p. 589. — PARSON *on the ardent fever at Guadeloupe.* (*Edinb. med. and surg. Journ. Vol.* 8. 1812. p. 385 — 393.). — H. I.

Havannam [11]), *Jamaicam* [12]), *Porto Ricco* [13]), *St.*

Vatable *mémoire sur l'irruption de la fièvre jaune à la Guadeloupe en* 1816. (*Annales maritimes et coloniales. Août* 1820.). — J. E. A. Avieno-Flory *dissertation sur la fièvre jaune qui a regné à la Guadeloupe. Montpellier* 1820. 4. — Moreau de Jonnès (*Revue médicale française et étrangère. Août* 1826. p. 336.).

11) A. 1762, 1780, 1794. Don Francesco de Cordova *tratado teoretico-pratico del typhus à Calórico, obra postuma. Havana.* — Thomas Romay *dissertacion sobre la fiebre amarilla, llamada vulgarmente vomito nero.* Lecta coram societate patriotica *de la Havana* die 15. Aprilis 1791. 4. — Juan Holliday *tratado medico sobre la fiebre amarilla que se llama vomito negro en las provincias españolas de la America Septentrional. Havana* 1794. (Versio anglica. Lond. 1795.). — *A letter on the yellow-fever of the West-Indies, by* Daniel Osgood *M. D. practitioner of medecine in the city of Havana. New-York* 1820. — *Dr.* W. Fort's *letter on the yellow-fever at Havana.* (Mitchill *and* Pascali's *New-York medical repository. Vol.* 5. *No.* 4.

12) A. 1655, 1703, 1704, 1741, 1742, 1791, 1793, 1795, 1801, 1802, 1803, 1805, 1807, 1808, 1819. Cfr. *history of Jamaïca.* — J. William *an essay on the bilious fever, containing the different opinions of those eminent physicians John William and Parker Bennet of Jamaica, which was the cause of a duel, and termined in the death of both. Jamaica printed and London reprinted.* 1752. 8. — J. Hunter *observations on the diseases of the army in Jamaica and on the best means of preserving the health of Europeans in that climate, also obser-*

St. Croix [14]), *St. Christophoro* [15]), *Antiguam* [16]),

O 2 *Grena-*

vations on the hepatitis in the East-Indies. Lond. 1788. sec. edit. ibid. 1796. tertia ibid. 1808. (Vers. germ. Lips. 1792. 9. — R. JACKSON's *treatise on the fevers of Jamaica with some observations on the intermitting fever of America and an appendix containing some hints on the means of preserving the health of soldiers, in hot climates. Lond.* 1791. 8. (Vers. germ. auct. C. Sprengel. Lips. 1796. 8.). — TODD *upon the fevers epidemic at Jamaica.* (DUNCAN *annal. of medicine.* 1796. *VI.*). — W. LEMPRIERE *practical observations on the diseases of the army in Jamaica, as they occurred between the years* 1792 *and* 1797.; *on the situation, climate and diseases of that Island, and on the most probable means of lessening mortality among the troops and among Europeans in tropical climates. Vol.* 2. *Lond.* 1799. 8. — J. WALKER *some account of a pestilential fever which prevailed in the island of Jamaica in the years* 1793, 1794 *and* 1795. *Extracted from a paper presented to a medical society of that island.* (*Newyork med. reposit. Vol. I. sec. editio.* 1800. p. 486—490.). — HARRIS *on the yellow-fever in Jamaica.* (*Med. and phys. Journal, by* BRADLEY. 1803. *January*). — MILLER *account of the yellow-fever in Jamaica.* (*Lond. med. and phys. Journal.* 1820.).

13) A. 1508, 1513. OVIEDO l. c.

14) A. 1640. (DU TERTRE l. c.), 1690, 1693, 1694, 1695, 1696, 1697, 1700. F. KEUTSCH *Medicinalbericht des constituirenden Landphysicus zu S. Croix — über das westindische gelbe Fieber und andere Gegenstände des dortigen Medicinalwesens. Nebst einem Auszuge aus einigen Briefen, die Oehleinreibung im gelben Fieber betreffend.* (*Nordisches Archiv für Naturkunde von* PFAFF

Grenadam[17]), *Dominicam*[18]), *Martinique*[19]), S
Luciam[2c

1805. *B.* 4. *St.* 2. p. 80 — 104.). — GORDON *lett upon the yellow-fever in Sainte-Croix, in the appe dix of a letter by doct.* CHISHOLM *to doct.* JOHN HA GARTH. *Lond.* 1806. 8. — SCHLEGEL *om den Vesti diske Climat-Fieber eller saakaldte gute Feber.* (*Bi for Läger.* 1822. *B.* 2.).

15) A. 1647, 1648, 1649, 1752, 1753, 1793, 1816. PEL PRAT. v. *Magazin der ausländischen Literatur der ge Heilkunde, von* GERSON *und* JULIUS. *B.* 1. p. 239. GEORGE BIRNIE *observations on yellow-fever. Extra of a letter dated St. Christophers* 4. *January* 181 (*Edinb. med. and surg. Journ. Vol.* 13. p. 331—341.

16) A. 1754, 1756, 1765, 1766, 1793, 1796, 1802, 181 *Brief account of the island of Antigua. Lond.* 1789. E. OLEARY *observations upon the yellow-fever of A tigua.* (*Med. Journ. T.* 16. p. 491.). — MUSGRA *history of the progress, and inquiry into the causes the yellow-fever, as it appeared in the island of A tigua in the year* 1816. *Communicated by Dr.* FE GUSON. (*Med. chir. Transact. Lond. Vol.* 9. *Part.* p. 92 — 142.).

17) A. 1770, 1771, 1793, 1794, 1795, 1796, 1816. Cf WRIGHT l. c. — CHISHOLM in *Edinb. med. Commen for the year* 1793. — „*But the most remarkable of the epidemics of this kind, which affected the West-I dies, was that which arose in* 1793, *first noticed in th Island of Grenada, in the month of March.*" (BLAN l. c. p. 139.).

18) J. CLARKE *a treatise on the yellow-fever as it ap peared in the island of Dominica in the years* 1793, 9 95 *and* 96. *Lond.* 1797. 8. Et: CASSAN l. c.

19) A. 1669, 1682, 1690, 1693, 1694 (St. Pierre), 169

Luciam [20]), *Barbadoes* [21]), *Curassao* [22]) et *Bermudas* [23]).

4. Nec

1697, 1701, 1705, 1706 (St. Pierre), 1735, 1751 (St. Pierre), 1762, 1770, 1771, 1772, 1791, 1793, 1794, 1796, 1802, 1803, 1805, 1807, 1808, 1818, 1819, 1821. Cfr. BOUTON *histoire de l'établissement de la republique de la Martinique. Paris* 1640. — *Père* LABAT *nouveau voyage aux isles d'Amérique. Paris* 1722. — MOREAU DE JONNÈS *précis historique sur l'irruption de la fièvre jaune à la Martinique, en* 1802. (*Transactions de la société médicale d'émulation.* 1816. *Réimprimé par ordre de S. Exc. le Ministre de la guerre*). — A. M. J. SAVARESY *de la fièvre jaune en général et particulièrement de celle qui a regné à la Martinique l'an XI et XII*, (1803 *et* 1804.). *Avec des observations sur les autres maladies de cette île ou des Antilles et un essai sur son histoire naturelle. Naples* 1809.

